pletus. ¶ Q̄ñ mars in. 9. domo fuerit natus mēdatia īfe-
ret ⁊ ea adiurādo affirmabit. ¶ Q̄ñ in ascēdente vel me-
dio celi aliqua de Beibenijs de nā mercurij ⁊ Veneris
fuerit: natus erit mēdax ⁊ mēdatiū suū iurando firmabit:
litterasq̃ falsas scribet ac hoībus q̄ȯ nō dixerūt aut fece-
runt ꝯponet erit tñ magniloquus. ¶ Q̄ñ luna a marte se
parata mercurio applicuerit ac ambo orīētales fuerint:
natus erit mēdax necnō fraudis ⁊ ꝓbationis dñs. ¶ Q̄ñ
mars ⁊ mercurius in eodē gradu existētes ī aliquo āgu
lorꝝ sine alicuius aspectu fuerint natus erit mēdax iactās
q̃ȝ de his q̄ nō fecit ⁊ v̓ba truffatoria dictis suis inferet.

¶ De veritate nati. Cap. 23.

Quando Luna ⁊ Venus ī medio celi fuerint natus
erit veridicus ac ꝓmissa adimplēs. ¶ Qui ascēdē
te Sagittario natꝰ fuerit ⁊ Luna in eo ⁊ in. 3. vel. 6. aspe-
ctu Iouis signū est ꝙ natus erit verax ⁊ īplens ea q̄ pro
mittet. ¶ Q̄ñ Iuppiter ī ascēdēte fuerit ⁊ mercuriꝰ in 7ᵃ
domo sub radijs natus erit veridicus. ¶ Mercurius in
ascēdēte vel medio celi cū venere existēs significat ꝙ na
tus erit orator veridicus ꝓmissa adimplens ⁊ veritatem
tam pro se q̄ȝ contra se proferens.

¶ De religione nati. Cap. 24.

Iuppiter in. 9. domo ac in natiuitate diurna existēs
significat ꝙ natus erit dei cultor ac in deo ꝯfidens
⁊ ꝯtēplatiuus ita ꝙ ꝑꝑ ornatū decorꝝ quē in lege sua ha-
bebit a regibꝰ ⁊ potētibꝰ honorabit. ¶ Q̄ñ Saturnus ī
eius triplicitate fuerit natus erit timēs ⁊ orans deū ⁊ ver
ba eiꝰ sancta ⁊ q̄si āgelica ⁊ frequēter pñiam de ꝯmissis
accipiet pctā sua deflendo ⁊ hoc fortius erit si Iuppiter
Saturnū cū receptiōe bono aspectu aspexerit. ¶ Q̄ñ lu-
na in ascēdente ac in eiꝰ exaltatiōe necnō in. 3. vel. 9. aspe
ctu Iouis fuerit natus erit ꝯtēplatiuus orator ⁊ ecclīarꝝ
dñs aut pauperibꝰ distributor. ¶ Q̄ñ sol in. 3. domo aut
in signo masculino necnō bono Iouis aspectu fuerit si-
gnū ē ꝙ natus erit orator Deo obediēs ac oīa mūdana
Dei timore ac amore relinquēs. ¶ Q̄ñ Venus in. 3. do-
mo ac ī eius exaltatiōe fuerit natiuitate nocturna existē-
te signū est ꝙ natus erit ī dilectiōe dei ⁊ eiꝰ obediētia ra-
tus atq̃ firmꝰ. ¶ Q̄ñ mercurius sol ⁊ venꝰ in. 9. domo si-
ne aspectu īfortune iuncti fuerint natꝰ semꝑ deū pre ocu
lis hēbit ⁊ ei ī sōnis cui bñfacere voluerit ostēdet. ¶ Q̄ñ
Venus in. 9. domo ac in ꝓpria domo vel exaltatione sua
fuerit natus erit heremita famosus ⁊ hoc fortius si Iup-
piter eā bono aspectu aspexerit. ¶ Si mercuriꝰ in. 9. do-
mo sine aspectu īfortune fortunatꝰ ⁊ Orīētalis fuerit na
tus erit ī lege sua bonꝰ ⁊ fortunatꝰ. ¶ Q̄ñ luna ī. 9. domo
ac in signo femineo necnō in bono Iouis aspectu fuerit
natiuitate nocturna existēte natꝰ erit orator ⁊ heremita.

¶ De hypocrisi nati. Cap. 25.

Quādo Iuppiter ī natiuitate nocturna in. 3. domo
cū Marte ac in signo masculino fuerit natus erit
hypocrita. ¶ Q̄ñ Venꝰ ꝑegrina existēs in. 9. do. ac signo
feminino fuerit natꝰ q̄ret ꝙ de eo dicat ꝙ sit bonꝰ sȝ erit
hypocrita nouaculas querēs vt faciat dolū. ¶ Q̄ñ pars
absentie ī aliquo angulorꝝ fuerit ⁊ dñs eiꝰ sine receptiōe
fortunā aspexerit ⁊ ab īfortunis saluus fuerit natus vult
ꝙ hoīes de eo bene loquātur ⁊ finget benefacere ⁊ ma-
lū faciet. ¶ Sed si dicta ꝑs ⁊ eiꝰ dñs fortis ac fortunati ⁊
ab īfortunis liberi fuerit natꝰ erit bonorꝝ v̓borꝝ ac volū
tatis secrete. ¶ Et si dicta ꝑs īfortunata fuerit ⁊ dñs eiꝰ ab
infortunis liber natꝰ erit melior ab itra q̄ȝ extra. ¶ Et si
ambo ī angulis fuerit ⁊ ab infortunis liberi natꝰ erit in
sua apparētia firmꝰ ⁊ pue hypocrisie. ¶ Silr̄ si dñs dicte
partis receptꝰ fuerit ⁊ locū suū aspexerit natꝰ erit ratus
bonꝰ ac fortunatꝰ. ¶ Sed si retrogradus fuerit natꝰ ī sua
fide dubitabit ⁊ fiet alteriꝰ fidei. ¶ Et si dñs dicte ꝑtis ab-
sentie dñs in. 9. domo fuerit bonitatē fidei ī nato signifi-
cat ꝑsertim si receptꝰ fuerit. Nā si ī dicto loco receptionem
nō habuerit ꝯtrarietatē ꝑꝑ fidē ac mūdi diuisionē porten
dit. ¶ Q̄ȯ si cū hoc īfortunatꝰ fuerit dubitatōem ī fide atq̃
dānū ꝑꝑ hoc significat. ¶ Et eodē mō si in. 3. domo fuerit
iudica. ¶ Sed si sic in. ij. domo fuerit ꝯstātiā ī fide signifi
cat ⁊ ꝙ a rebꝰ secularibꝰ recedet ⁊ q̄ȝtū plus seruierit tā-
to plus mūdana fugiet. ¶ Dñs ꝑtis absentie ab īfortunis
liber necnō locū suū aspiciēs natū ab hypocrisi ꝓhibebit

ac bonitatē ei addet. ¶Qđ si receptꝰ fuerit erit dicta bonitas cū veritate ⁊ rectitudine. ¶Sed si ifortunatꝰ fuerit destruet bonitatē nati intrinsecus. ¶Si ꝑs absentie i locis cadētibꝰ fuerit bonitas quā natꝰ i apparētia hēbit tādez destruet. ¶Qđ si dicte ꝑtis dñs ifortunatꝰ fuerit bōitas nati tā i apparētia ꝙ̄z ab intra nulla reputabit. ¶Si in natiuitate diurna Juppiter in.3.do. fuerit natꝰ erit hypocrita ⁊ se gētibꝰ fore ostēdet qđ oīno nō erit. ¶Sol in 3.do. ac in aliq̄ dignitatū suaꝝ existēs significat totalr̄ fide carere. ¶Et si luna natiuitate nocturna existēte in.3. domo fuerit natus in apparentia erit iustus: sed plus tamen de hoc ab extra ostendet: ꝙ̄z in corde habebit.

¶De idolatria nati. Cap.26.

Quando Juppiter in ascēdente fuerit ⁊ luna i occidēte ⁊ mars Jouē aspexerit natꝰ stellas ⁊ plās adorabit. ¶Qñ Venus d̄ sub radijs apparēs in.2.domo fuerit natus erit idolatra. ¶Silr̄ Saturnꝰ in.3.domo cū luna exñs significat natū fore idolatrā ac d̄o ꝯtrariū. ¶Qñ luna natiuitate diurna exñte in.9.domo ac i signo feīno fuerit natꝰ erit spretor dei ⁊ ei ꝯtrariꝰ. ¶Qñ Venꝰ i vno signo a saturno ⁊ marte obsessa fuerit ⁊ infortune lunā ⁊ mercuriū.4.vel opposito.aspectu aspexerint natus erit multoꝝ idoloꝝ cultor. ¶Mars i ascēdēte i oppōne Jouis exñs natū idolatrā portēdit. ¶Qđ si mercurius cum marte i domo Jouis fuerit natꝰ erit q̄si idoloꝝ heremita ¶Qñ saturnus dñs ascēdentis fuerit aut dñs domꝰ solis vel ꝑtis fortune seu oppōnis vel ꝯiunctiōis ac in.9.domo ⁊ Juppiter eū aspexerit: Natꝰ erit abbas vel idoloꝝ pōtifex. ¶Et si mercurius i domo martis fuerit ⁊ mars cū ipso aut eius opposito aspectu aspexerit natus erit hereticus. ¶Et silr̄ si sol luna ⁊ mercurius in signo duoꝝ corporum fuerit h̄ fortius si mars ibidē quarto vel opposito aspectu radiauerit.

¶De scientia nati. Cap.27.

Cum Saturnꝰ trino aspectu aspexerit Jouē: natus erit sapiēs boni ꝯsilij ⁊ ingenij sane cogitatiōis ⁊ in oibꝰ nāe secretis peritus: Jta ꝙ de eo dicet ꝙ sit ph̄us eritq̄z gestaꝝ reꝝ narrator ⁊ res graues sicut auruspices p̄dicet. ¶Qñ Mercurius i domo vel exaltatiōe sua ac i bono figure loco fuerit ⁊ mars ipm bono aspectu aspexerit natꝰ erit i cursu stellaꝝ multuz sapiēs ⁊ in rebꝰ suis grauis ac ꝓfunde cogitatiōis libros ꝯponet multaq̄z sibi adiūget ⁊ mirabilia loquet. ¶Qñ mercuriꝰ cū sole i domo ꝓpria fuerit sole in ꝓpria facie existēte natus erit sapiēs ph̄icus ⁊ v̄sificator. ¶Qñ mercurius i medio celi directus ⁊ in aliq̄ dignitatū suaꝝ existēs luna.4.vel opposito aspectu aspexerit ⁊ luna i domo vel exaltatōe sua fuerit natꝰ erit sapiēs sensatus ⁊ stellaꝝ ispector. ¶Qñ mercurius in ꝓpria domo fortunatus fuerit natꝰ erit libroꝝ ⁊ scie stellaꝝ amator ⁊ eaꝝ reruz difficilium ꝯmentator. ¶Qñ mercurius i domo vel exaltatiōe sua existēs i ascēdente fuerit. Saturnus v̄o in occidēte natus scias q̄ues ac difficiles indagabit ⁊ ꝓp hoc dñiuz ⁊ sublimitatē hēbit. ¶Qñ mars mercuriū in aliq̄ dignitatū suaꝝ existēte trino aspectu aspexerit ⁊ mars fortunatꝰ fuerit natꝰ erit sapiēs ⁊ ph̄us exꝑtus. ¶Qñ luna i domo vel exaltatiōe sua aut i termino mercurij fuerit natꝰ erit in rebus secretis ⁊ obscuris vel latētibus sapiēs. ¶Qñ mercurius i.3. domo cū ac in eius facie fuerit ⁊ ipse cū hoc sit dñs ascēdentis ⁊ ꝑtis fortune natꝰ erit auruspex ac in rebꝰ secretis sapiēs. ¶Qñ mercurius de sub radijs solis apparēs in dicta.3.domo fuerit ac i signo masculino natꝰ erit augur ac ex augurio viuet ⁊ inde lucrū habebit. ¶Qđ si mars oriētalis existēs mercurius sic dispositus aspexerit natꝰ notitiā libroꝝ hēbit ac in eis sapiēs erit. ¶Qñ mercurius sine aspectu martis in.9.domo fuerit natꝰ erit sōnioꝝ expositor ⁊ hoc fortius si Saturnꝰ i domo vel exaltatione sua fuerit. ¶Qđ si Venus queadmodū diximꝰ d̄ saturno sic disposita fuerit natus silr̄ erit somnioꝝ expositor. ¶Qñ mercurius ⁊ sol i.9.domo ac i aliq̄bus dignitatibꝰ suis fuerit natus erit sapiēs ac sōnioꝝ expositor ⁊ q̄si auruspex. ¶Qñ mercurius i.9.domo oriētalis ac fortunatus fuerit natꝰ erit augur. ¶Qñ pars fortune ⁊ ꝑs fidei in.9.domo vel.3.domo sine aspectu fortune ⁊ ifortune eas ex opposito domus sue aspexerint natꝰ erit auruspex ⁊ obscuritatū secreta reserabit ¶Qñ saturnꝰ ⁊ mercurius in.3.domo fuerint in domo vel exaltatiōe sua existēte natꝰ erit sapiēs i stellis ⁊ inde lucrū hēbit. ¶Et ita dic si mercurius in.3.domo sub radijs apparens fuerit. ¶Et si Venus in.3.domo peregrina fuerit ⁊ saturnus a domo vel exaltatione sua bono aspectu aspexerit natus erit nigromāticus: aut res mirabiles ꝑ artē faciet. Videbiturq̄z sicut ꝓpheta ⁊ inducet mirabilia p̄sertim si Venꝰ in signo feīno fuerit. ¶Qñ Mercurius ⁊ Saturnus in ascendēte vel medio celi fortunati fuerit ⁊ liberi natꝰ erit nigromāticus. ¶Qñ Mercurius in domo vel exaltatione sua fuerit ⁊ Saturnus eo existente ifortunato ipm.4. vel opposito aspectu aspexerit natꝰ erit ph̄s: sed scia eiꝰ nō ꝓficiet eritq̄z mis̄ atq̄z pauꝑ. ¶Qñ Mercurius in domo Saturni fortunatꝰ fuerit natus erit sapiēs secreta ⁊ obscura reꝝ cognoscēs linguosus rhetoricus augur ⁊ sōnioꝝ expositor. ¶Qñ sagittarius aut pisces fuerit signū 3.domus ac Saturnus in eo natus erit sapiēs in rebꝰ boni. ¶Qñ Mercurius cū Venere i domo.4.fuerit natus erit disputator causidicus ac verboꝝ inuentor ⁊ hoc fortius si in signo peregrino fuerit. ¶Qñ Sol in.9.domo fuerit natꝰ erit causidicus disputator in fide ac dei laudator. ¶Qñ Juppiter in natiuitate diurna fuerit dñs.3.domus ⁊ signū dicte domꝰ masculinū natꝰ erit sapiēs. ¶Et si natiuitas nocturna fuerit natus credet esse sapiens sed nō erit. ¶Si luna a sole sepata mercurio in.3.domo existēti alliget natꝰ erit scriptor ⁊ i ꝯputatione sapiēs. ¶Cū Sol Mercurius aut Juppiter in.9 vel.ij.domo ⁊ i Leone fuerint natus erit clari intellectꝰ ac rerum ordinator. ¶Qñ Mercurius in medio celi fuerit fortunatus natus erit subtilis ac velocis ingenij. Et silr̄ si Mercurius i domo Martis fuerit. ¶Qñ luna cū Saturno in sui oriētalitate fuerit natꝰ erit intelligēs s̄z piger atq̄z mollis. ¶Qñ Luna a Venere seperata Mercurio iuncta fuerit ⁊ ābo occidentales natus erit subtilis ⁊ acutus. ¶Qñ Juppit Martē receperit. vel ipm quarto aspectu aspexerit natꝰ erit boni ꝯsilij ⁊ intellectus. ¶Qñ Sol in domo Jouis aut in.3.vel.6.eius aspectu fuerit natus erit boni ꝯsilij ac intellectus ⁊ scie ꝓfunde. ¶Qđ si Mercurius cum ipso fuerit natus erit legis peritus ac i iudicijs sapiēs. ¶Qñ Mercurius in natiuitate diurna in domo solis fortunatus fuerit natus erit acutus ⁊ subtilis.

¶De memoria nati. Cap.28.

Quando Sol in domo Martis fuerit ⁊ Juppiter cū bono aspectu aspexerit natus erit bone memorie. ¶Qñ Venus ⁊ Mars cū luna bene fortunati fuerit natus erit memor ⁊ deceptor i ingenio. ¶Qñ mercuriꝰ ⁊ mars fortunati Lunā aspexerint natus ea q̄ sciet pulchriter reserabit. ¶Qñ mercurius in domo solis fuerit ⁊ Juppiter bono aspectu eū aspexerit natus erit intelligens atq̄z memor ⁊ velocis itellectus. ¶Qñ Juppit cuz ipso iūctus fuerit natꝰ erit clericoꝝ aut iter cleros iudex.

¶De malo intellectu nati. Cap.29.

Quando Mercurius in.2.domo ac sub radijs solis fuerit ⁊ Luna lumine diminuta ifortunata fuerit natus erit mali itellectus debilis sensu nō recipiens doctrinā. ¶Qñ mercurius in.4.domo ac dñs ꝑtis absentie fuerit natꝰ erit mali itellectus pōderose loquele pauce scie atq̄z sensus. ¶Qñ sol i domo lune ipsa sub terra ifortunata ac lumine diminuta fuerit: Natus erit duri ac mali itellectus: sicut Asinus multi erroris debilis ꝯsilij ⁊ grossi cerebri. ¶Qñ mercurius ⁊ Saturnus in ascēdēte infortunati fuerint ⁊ Juppiter retrogradus ac peregrinus ipsos opposito aspectu aspexerit natus erit duri ac mali intellectus pauca sciens atq̄z intelligens.

¶De bono ac veloci intellectu nati. Cap.30.

Quando Juppiter Mercuriū fortunatū.3. aspectu aspexerit natus erit sensatus bone loquele ⁊ velocis intellectus. ¶Qñ Mercurius in domo sua fuerit ⁊

Juppiter fortunatus ipm.4.aspectu aspexerit natus erit bene sensatus ꝯsilij sani ⁊ itellectus ꝯpleti:dūtñ Juppit in medio celi nō fuerit.Qñ Mercurius i medio celi fortunatus.4.aspectu Venerē aspexerit natus erit sensatus ⁊ intelligēs.¶Qñ mercurius cū saturno in domo Saturni fuerit ac in bono lune aspectu ac numero ⁊ lumie crescēte natus erit bñ sensatus pulchre fidei ac reꝝ ordiator.¶Qñ Mercurius Venus ⁊ Sol bono aspectu lunā aspexerint natus erit bñ sensatus ⁊ actibus suis grauis. ¶Qñ Mars ⁊ Mercurius fortunati fuerint ⁊ a retrogdatiōe ac ꝯbustiōe liberi ⁊ lunā nūero ac luie auctā aspexerint natꝰ erit boni itellectꝰ.¶Qñ Mars ⁊ Venus fortunati ac vnus illoꝝ solē aspexerit natus erit i suis actibꝰ grauis boni itellectꝰ atqꝫ ꝯsilij.¶Qñ Juppiter i ascēdēte fuerit ⁊ Venus i occidēte natus erit subtilis itellectus ac i sensu ꝯpletꝰ.¶Qñ Saturnus i aliq̄ dignitatū suaꝝ i occidēte vl' medio celi cū Mercurio fuerit natꝰ erit boni intellectus ac potētis animi phō ac sapienti similis.

¶De stultitia nati. Cap.31.

Quando luna luie ac nūero diminuta necnō a marte sepata ⁊ feralis fuerit natus erit stultꝰ.¶Qñ luna in oppōne solis sepata in.7.domo fuerit ⁊ mars ipaꝫ infortunato aspectu aspexerit natꝰ erit stultus.¶Qñ ps fortune vel fidei in.9.aut.3.domo fuerit ⁊ infortune eas aspexerit natus erit stultus.¶Qñ Venꝰ cū Saturno fuerit ⁊ Mars ac Mercurius i loco lune natus erit stultus ⁊ ob sui stultitiā phm se noiabit deridebunt hoies ex eo. ¶Qñ saturnꝰ ⁊ mercuriꝰ in ascendēte pegrini fuerint ⁊ Juppit in eoꝝ oppōne natꝰ erit stultꝰ ac turpis stulticie.

¶De hystrionibus natis. Cap.32.

Quādo Mercurius i domo sua cū Marte fuerit natus erit hystrio.¶Qñ Mars ⁊ Mercurius in sign regali fuerit ⁊ sol signū illud bono aspectu aspexerit natus erit regū ac dñoꝝ hystrio ⁊ de ipso ac vbis suis gaudebūt.¶Qñ Mars ⁊ Mercurius i domo Saturni fuerint ⁊ ab angulis cadētes necnō luna fortunata ac lumie crescēs ipsos aspexerit natus erit ppl'i hystrio ⁊ ppl's ludet cū eo ⁊ truffabit.¶Qñ Venus Mercuriū aspexerit aut cū eo iūcta fuerit natus erit ita subtilis hystrio ꝙ homines de mirabilibus factis suis mirabunt.¶Qñ mars Mercurius ⁊ Luna in domo Veneris simul iuncti fuerint natus erit hystrio multe ac pulchre loquele.

¶De fidelitate nati. Cap.33.

Quādo Venus i medio celi sine malo aspectu mercurij fuerit natus erit fidelis ⁊ ꝯmissa fidel'r custodiet:p̄sertiꝫ si natiuitas nocturna fuerit.¶Qñ Mercurius cū Joue fuerit natus erit fidelis ⁊ ꝯfidēt de eo viri alti ⁊ sublimes.¶Qñ Juppiter Saturnū ⁊ Marteꝫ bono aspectu aspexerit natus erit bonus ⁊ fidelis ⁊ sibi ꝯmissa fidel'r custodiēs.¶Qñ Venus in ascēdēte ac in exaltatōe fuerit natus erit sibi ꝯmissoꝝ fidel' ꝯseruator.¶Qñ Juppiter in.3.domo fuerit extranei pecunias suas ad custodiendū nato porrigēt:⁊ in ipso hoies ꝯfidēt.¶Qñ mercurius in.5.domo ac in facie sua fuerit natus erit fidelis scriptor:⁊ ob sui fidelitatē hēbit honorē.¶Qñ Mercurius oriētalis ac in.2.do.fuerit:natus extraneis fidel' erit.

¶De natis sceleratis ⁊ eoꝝ infidelitate. Cap.34.

Quādo Mercurius infortunatꝰ ex medio celi marteꝫ aspexerit ⁊ Luna in.4.domo fuerit:natus erit sceleratus ac īfidelis ⁊ hoibꝰ sibi ꝯmissa denegās.¶Qñ Mars peregrinus ac retrogradus fuerit:⁊ Luna cū eo in.3.domo:natus erit sceleratus ⁊ infidelis alienoꝝ raptor ⁊ sibi ꝯmissa retinēs.¶Qñ Mercurius in termino Martis ac in.3.domo cū luna fuerit eo peregrino ac retrogrado existente natus erit pauce fidelitatis: precipue si mercurius dñs ascendentis fuerit.

¶De latronibus natis. Cap.35.

Quando Mars Mercurius ⁊ luna cū aliquo āguloꝝ sine aspectu fortune infortunati fuerint natus erit latro.¶Qñ Saturnus peregrinꝰ ac feralis in.7.domo fuerit necnō retrogradus ⁊ in aspectu martis mercurij ⁊ lune infortunatoꝝ natus erit latro abscōsus ⁊ finis eius suspēsio.¶Qñ mars sine aspectu alicuius fortūe in aliquo anguloꝝ retrogradus peregrinus ac debilis fuerit natus erit latro p̄sertim si Saturnus cū malo aspectu aspexerit.¶Qñ Saturnus mars ⁊ mercurius in occidēte retrogradi ⁊ agrestes fuerint ⁊ a Luna lumine ac nūero diminuta ⁊ absqꝫ dignitate aliq̄ ipsos.iiij. aspectu vel opposito aspexerit:Natus erit latro ⁊ ob latrociniū suū mala morte dies suos finiet.¶Qñ mars ⁊ mercurius in aliquo anguloꝝ iuncti fuerint ⁊ ferales seu absqꝫ dignitate aliq̄ steterint ⁊ Saturnus eos malo aspectu aspexerit natus mortuorum sudaria ⁊ vestes furabitur.

¶De fornicatione natorum. Cap.36.

Quando Venus in occidēte vel medio celi ⁊ Mercurius cū ea in termino Martis fuerit: Natꝰ erit fornicator ac pleꝫ in fornicatiōe hēbit.¶Qñ Venus ⁊ Mars sine aspectu Jouis in medio celi vel in occidēte fuerint natus erit fornicator ac male fame.¶Qñ Saturnus Venus ⁊ Mercuriꝰ i domo vel exaltatiōe Veneris necnō in occidēte:vel medio celi sine aspectu Jouis fuerit natꝰ erit fornicator ⁊ qcqd hēbit in fornicatiōe exponet.¶Qñ mars ⁊ Venus sine aspectu Jouis i medio celi vel in āgulo terre fuerint natus erit fornicator ⁊ i hoc gaudebit.¶Qñ Venus in medio celi fuerit ⁊ i Luna saturnū aspexerit ⁊ Saturnus Venerē natus erit Leno ⁊ Meretricū sectator.¶Qñ Saturnus ⁊ Mars in.6.domo fuerit ⁊ Veneris eos absqꝫ Jouis aspectu bono aspectu aspexerit natus erit meretricū isecutor. ¶Qñ Venꝰ in natiuitate diurna i domo sua fuerit ⁊ mars eā a domo sua bono aspectu radiauerit natus meretrices frequētabit.¶Qñ Venus in domo Martis fuerit ⁊ Mars i domo Veneris natus erit māifestus fornicator ⁊ sine verecūdia.¶Qñ Venus cū marte iuncta fuerit aut in.iiij. vel opposito aspectu natus malas ac turpes fornicatiōes cōmittet.¶Si Mars ⁊ Venꝰ in signo masculino fuerit:natus erit fornicator.¶Si Venꝰ effeminata fuerit natꝰ erit multū effeminatus ⁊ fornicationes vltra naturā diliget.

¶De sodomia natoꝝ ⁊ natarum. Cap.37.

Quando signū.6.masculū fuerit ⁊ Mars ac Venꝰ sine aspectu Jouis i eo natus erit Sodomita.¶Et silr si Venus in domo.Mercurij ac in signo cadēti infortunata fuerit iudicabis.¶Et si mercurius dñs ptis fratꝝ fuerit:natꝰ erit sodomita.¶Et silr si pars fortune cū mercurio in aliquo anguloꝝ ⁊ i signo masculino fuerit iudicabis.¶Si mercurius ex signo masculino domū ꝯiugij sine aspectu Jouis aspexerit ⁊ Venus ēt in signo masculino ⁊ ifortuna mercuriū:natus erit sodomita.¶Si mercurius parti ꝯiugij alligauerit vel dñs ptis illius masculinus ⁊ i signo aut in loco masculino fuerit: Natus erit sodomita.¶Qñ luna i signo masculino fuerit sol atque Venꝰ ipsos ex signo masculino aspexerint:Natus erit sodomita.¶Qñ mercurius ac Venꝰ in.7.domo iūcti fuerint:Natus erit dñs procoꝝ ac sodomita.¶Si mercurius in.7.domo fuerit ⁊ Venꝰ ab eo cadēs necnō dña ascēdentis exñs:Natꝰ erit sodomita.¶Si mercuriꝰ in.7.domo cū marte fuerit ⁊ Venus peregrina exñs eos malo aspectu ex signo masculio aspexerit.Natꝰ erit sodomita. ¶Qñ Venus in domo ac termino martis ⁊ i malo loco fuerit:natꝰ erit sodomita.¶Qñ mercurius mars ⁊ saturnus i domo sui corporis fuerint:natꝰ erit sodomita: p̄sertim si Venꝰ cū mercurio i signo masculino fuerit.¶Qñ pars ꝯiugij in domo mercurij ⁊ in signo masculino ac i aliquo anguloꝝ fuerit:Natꝰ erit sodomita.¶Qñ Venꝰ ⁊ luna in natiuitate mulieris in.8.domo fuerit:Nata erit sodomita.¶Qñ Venꝰ in.7.domo ac i signo masculio ⁊ luna in ascēdēte nata erit sodomita.¶Qñ planete femini in signis.q̄.atqꝫ locis masculinis fuerit:nata erit ex adulterio ꝑcata ⁊ cū mulieribꝰ concubere appetet.

¶De castitate seu ꝓhibitiōe sodomie natoꝝ. Cap.38.

Quando Venꝰ in domo Jouis fuerit ⁊ a malo aspectu Martis libera:Natꝰ erit bone cōplexionis:⁊ q̄ʒtū ad pctm̄ sodomiticū castus.¶Qñ Venꝰ in ascēdēte vel medio celi cū Joue fuerit vel' ex locis ex qbꝰ eū rece

perit eidē alliget ꝛ Mars Venerē nō aspexerit: Natꝰ erit a petis ꝯtra nām ꝯclusus atq̃ liber. ¶ Qñ aliq̃ de stellis Beibenijs prime magnitudinis ac de natura Jouis ꝛ Veneris in ascendente vel in medio celi fuerit: Natus erit castus ꝛ ab omni sodomitico crimine liber: Largus Pius Bonus ac bone fame.

¶ De muliebritate natorum. Cap. 39.

Q Uando Mercurius ꝛ saturnus cū Venere i ascēdente vel i medio celi fuerit: natus erit muliebris. ¶ Qñ sol ꝛ luna in. 3. domo fuerint: natus erit muliebris ꝛ mores eiꝰ sicut mores mulieris: ꝛ victuꝫ ex illa muliebritate acqret. ¶ Qñ Venus in Ariete Tauro Leone vł Capricorno fuerit: ꝛ Mars atq̃ sol sup Saturnū radios suos proiecerint: natus erit muliebris ꝛ viros appetet. ¶ Qñ luna i domo saturni fuerit ꝛ saturnꝰ i domo veneris vel i scorpione ꝛ i angulo terre aut in. 6. vel. 12. domo natus mores muliebres hēbit. ¶ Qñ Venus cū infortuna in signo feino existēti fuerit: natus erit quasi mulier ꝛ muliebria aget: necnō viros: ac si mulier esset: appetet.

¶ De liberalitate natorum. Cap. 40.

Q Uādo sol ꝛ venus lunā medio celi exñtē aspexerit natus erit largus liberalis ꝛ leuiter bona sua expendēs siue tribuens. ¶ Qñ Mars solē. 4. aspectu aspexerit: natus erit adeo liberalis: q̄ parū aut nihil de suba sua remanebit. ¶ Qñ Mars fuerit dñs partis fortune ꝛ dñs ascēdētis in. 2. domo natꝰ ꝓdigus ac inutilr bōa sua ꝯsumēs erit. ¶ Cū Saturnus retrogradus vel ꝯbustꝰ ac in aliq̄ dignitatū suaꝝ existēs in medio celi fuerit: Natus alijs d̄ bonis suis tm̄ ꝯferet q̄ ad pauptatē deueniet ꝑsertim si Venus malo aspectu aspexerit. Qñ dñs. 3. domus dñm. 2. domꝰ malo aspectu aspexerit: Natus erit ꝓdigus ꝛ occasione diuitiaꝝ suaruꝫ inimicitias ꝛ odium acqret.

¶ De auaritia nati. Cap. 41.

Q Uādo caput dracōis cū sole Venere ꝛ Mercurio in ascēdēte fuerit: natus erit auarus. ¶ Qñ mercurius i natitate diurna oriētalis ac in. 2. domo fortūatꝰ fuerit: natus erit parcus ꝛ pecuniā suā vltra modū diligēs.

¶ De inuidia nati. Cap. 42.

Q Uando Mercurius velox cursu i natitate nocturna de sub radijs solis occidētalis apparuerit ac i 2. ac martis termino fuerit: natus erit inuidus. ¶ Qñ luna a Saturno separata Mercurio applicuerit natꝰ erit inuidus. ¶ Qñ Mercurins Marti alligās i ascendente fuerit ꝛ Juppiter nō aspexerit: Natus erit inuidus.

¶ De elatione vel magnanimitate nati. Cap. 43.

Q Uando Venus ꝛ Saturnus cū luna fuerint aut ipsam aspexerint: natus erit supbus magniloquus ꝛ ai eleuati. ¶ Qñ Mercurius Juppit̃ ꝛ Mars lunā aspicientes simul fuerit: natꝰ erit magni ai ꝛ magna loquet̃. ¶ Qñ luna a Saturno sepata Mer. alligauerit: natꝰ erit magnanimus ꝛ sine verecūdia. ¶ Qñ in ꝓpria domo ꝛ in termino martis fuerit ꝛ soli ex. 7. domo oppōnē alligauerit natus erit animi elati ꝛ magnus apparere queret: ac propter hoc se bene induet.

¶ De hilaritate faciei nati. Cap. 44.

Q Uando Venus in domo vel exaltatōe sua ac in. 7. domo. fuerit ꝛ mars eā bono aspectu aspexerit: natus erit hilaris faciei ꝛ bone rñsionis: erit tñ adulator ꝛ q̄si fatuus. ¶ Qñ Venus in medio celi vel. 7. domo fuerit ꝛ Mercurius ipsaꝫ bono aspectu aspexerit: natꝰ erit hilaris faciei adulator tñ ꝛ bōe loq̄le. ¶ Qñ venꝰ i. 7. do. ac i sua facie fuerit: ꝛ Mars eā ex ꝓpria domo malo aspectu aspexerit: natus erit sine verecūdia ꝛ adulator. ¶ Qñ luna in ascēdente fuerit ꝛ Venus. 3. aspectu ipsaꝫ aspexerit: Natus erit hilaris faciei ꝛ bone obuiationis.

¶ De letitia nati. Cap. 45.

Q Uādo luna luīe diminuta in ꝓpria domo ac i bono loco cū venere fuerit natꝰ erit letus ꝛ leta loca ob letitiā sine pigritia circuibit. ¶ Qñ luna ꝛ dñs ascēdētis oriētales ac fortunati fuerit ꝛ ab ifortūaꝝ aspectu fuerint liberi: natus erit letus. ¶ Quādo Mercurius in do. vł exaltatiōe luīe directꝰ ac extra solis radios fuerit: ꝛ venus bono aspectu eū aspexerit ꝛ ipse lunā: natꝰ erit letus mobilis tñ ac multe mutatiōis. ¶ Qñ mer. i ascēdēte. 10. 11. vel. 5. do. fuerit: ꝛ luna ex exaltatiōe martis aut dñs domus luīe vł Mer. ipm aspexerit: natus erit letus ac i oibꝰ rebꝰ suis mobilis.

¶ De tristitia nati. Cap. 46.

Q Uādo Saturnꝰ fuerit almutē natiuitatis ac i fine dñij ascēdētis sine aspectu fortūe: natus erit tristis male loquēs ac isanꝰ. ¶ Qñ Mars fuerit dñs faciei ascēdētis ꝛ Saturnus eū bono aspectu aspexerit ꝛ venus ex opposito: natus erit tristis ¶ Qñ venus ifortūata fuerit ꝛ. 7. domū nō aspexerit. Mars vō ꝛ Saturnus lunā aspexerint: natus erit tristis ac multaꝝ cogitationuꝫ supbꝰ tñ ꝛ duri cordis. ¶ Qñ mercurius i medio celi cuꝫ saturno fuerit: natus erit dibilis piger ac sine leticia ꝛ silr si lūa i domo faturni fuerit. ¶ Qñ luna cursu vacua fuerit: ꝛ infortūe eā aspexerint natꝰ erit sine letitia piger ac d̄bilis. ¶ Qñ luna ꝛ saturnus oriētales fuerint ac silr iuncti: natus erit sine letitia. ¶ Qñ luna a venere sepata marti in domo saturni ac i locis abscōsis exñte ꝑ ꝯiūctionē applicuerit: natꝰ erit sine letitia i rebꝰ ac ope diminutus. ¶ Qñ luna a marte sepata mercurio i do. saturni iuncta fuerit ꝛ ambo oriētales: natꝰ erit sine letitia piger ꝛ sic vir miser.

¶ De auiditate nati. Cap. 47.

Q Uādo Mars in natitate diurna fortūatus fuerit i 4. domo: natus auide māducabit ꝛ inde egritudinē incurret. ¶ Qñ ascēdēs fuerit ꝛ mars ibidē ꝛ sol ipm bono aspectu aspexerit: natꝰ erit auidus comestor. ¶ Qñ mars dñs ascēdentis ac in. 2. domo ꝛ in signo igneo fuerit: natus auide comedet. ¶ Qñ venus i prima facie leonis atq̃ in malo loco fuerit ꝛ sol eam bono aspectu aspexerit natus erit magnus comestor.

¶ De natis discordiā iter hoīes seminātibus. Cap. 48.

Q Uando mars in. 9. domo a Joue ac venere cadēs fuerit natꝰ erit discordie ꝛ guerre semiator. ¶ Qñ luna a pl̄a in ascēdēte exñti sepata pl̄e in. 7. do. collocato alligauerit: ꝛ Mars in. iiij. domo fuerit: natꝰ inter hoīes discordiā seminabit. ¶ Qñ ascēdēs fuerit scorpio ꝛ mars ipsuꝫ malo aspectu aspexerit: natus erit discordie seiator.

¶ De mala cogitatione nati. Cap. 49.

Q Uādo Mars ꝛ sol in vno loco sil̃ fuerit: natꝰ erit male cogitatiōis. ¶ Qñ mercurius in. 6. vł. 12. domo fuerit ꝛ. 1. domus vna domoꝝ martis: natus semper malū cogitabit ac de alijs enormit̃ loquetur.

¶ De pulchritudine nati. Cap. 50.

Q Uando Venus. 3. aspectu lunā aspexerit natꝰ erit alacer ac vt mulier ornatus. ¶ Qñ venus Jouē 4 aspectu aspexerit natus erit pulchre stature ac boni esse. ¶ Qñ luna venerē. iiij. aspectu aspexerit: natus vestimēta de serico appetet: eritq̃ magni vitij ac quietis.

¶ De pōderositate seu ḡuitate ac qete natoꝝ. Cap. 51.

Q Uādo ps fortune i capricorno ceciderit: natꝰ erit quietus ꝛ cū deliberatiōe faciet. ¶ Qñ luna cū saturno in ascēdēte vel medio celi fuerit: ꝛ Juppit̃ eā aspexerit: natus erit qetus. ¶ Qñ Juppit̃ in ascēdēte exñs saturnus eū aspexerit ꝛ mars: ac dñs eius i ascēdēte cadentes fuerint: Natus erit pōderosus ꝛ qetus. ¶ Qñ luna sine aspectu martis cū Joue i signo fixo fuerit: natus erit pōderosus ꝛ quietus: ꝛ hoc fortius si ipsa cū Joue i aliq̄ anguloꝝ fuerit.

¶ De velocitate nati. Cap. 52.

Q Uādo Mars sine aspectu Jouis in ascēdēte fuerit natus res suas velociter ꝛ sine deliberatiōe faciet ꝛ iō stultus reputabit̃. ¶ Qñ luna i ascēdēte fuerit: ꝛ ascēdens signū igneum ꝛ Juppiter ipm ex. 7. domo aspexerit: natus erit in agēdis nimis velox ac pre nimia velocitate quasi fatuus. ¶ Quādo Mars sine aspectu alicuius fortune in. 7. domo fuerit: natus erit in rebꝰ suis calidus finē rei nō aspiciēs. ¶ Quādo Mars sine aspectu Lune in. iiij. domo fuerit: natus parum ad finē suaꝝ rerū aspiciet. ¶ Quādo Luna ꝛ dñs ascendētis in medio celi fuerint: ꝛ Mars sine aspectu Jouis eos aspeuerit. Natus erit perfidus ac sine prudentia aliqua: ꝛ qui sibi lites ac discordias acquiret.

¶De egritudinibus nati. Cap. 53.

QUando sol in natiuitate diurna ab aliq̄ infortuna
rū īpeditus fuerit: natus egritudinē in oculo dex-
tro hēbit. aut forte luscus aut strabo erit. ¶Et si Sole sic
disposito natiuitas nocturna fuerit: natus egritudinē in
stomacho vel cerebro hēbit. ¶Et si luna sup̄ terrā infor
tunata fuerit: natus egritudinē in oculo sinistro patiet.
¶Sed si sub terra īfortunata fuerit dolorē colli aut gut-
turis vel pulmōis ex frigiditate ꝛ humiditate significat.
¶Qn̄ Mercurius sup̄ terrā īfortunatus fuerit: egritudi
nē lingue ptendit. ¶Et si sub terra īfortunat⁹ fuerit: egri
tudo erit in fisculis locis. ¶Si Ven⁹ ꝛ mars infortuna-
ti fuerint egritudinē nariū significat: ita ꝙ natus odorez
nō sentiet nec appetet ꝛ forsan distillationē in eis patiet.
¶Et si sub terra infortūati fuerint erit egritudo ī epate
aut vēis vel ī renib⁹ ꝛ vijs vrine cū appetitu coit⁹. ¶Qn̄
Saturnus ꝛ Juppiť sup̄ terra īfortūati fuerint: sic si eēnt
ꝯbusti vel in oppōne suaꝝ augiū: aut in locis malis: seu
in ḡdibus tenebrosis egritudinē in aurib⁹ vel eaꝝ meati
bus significat. ¶Et si sub terra infortūati fuerint: erit do
lor ī splene vel spū sicut illi q credūt subito mori. ¶Qui
dā sapiētes dixerūt ꝙ qn̄ luna sup̄ terrā in natiuitate no-
cturna fuerit: erit ei⁹ significatio sup oculū dextrū ꝛ sol ī
natiuitate nocturna sup oculū sinistrū. ¶Qn̄ infortune ī
angulis fuerint nec aspexerit illā fortūe: nec aliq̄s digni
tates ibidē habuerit egritudines cronicas vel insepabi-
les significāt. ¶Qn̄ luna ab aliquo pl'a sepať ꝛ fortuna ip
sam nō aspexerit: egritudines portēdit. ¶Qn̄ Luna sine
aspectu fortune in. 6. domo fuerit ꝛ īfortune eā aspexerit
egritudines cronicas portēdit. ¶Qn̄ dn̄s. 6. dom⁹ ī ascē
dente ac in signo mobili fuerit ꝛ fortune ab ipso cadētes
egritudies nati erūt cronice ac insepabiles. ¶Qn̄ mars
in libra sine ptāte Jouis fuerit egritudines cronicas si-
gnificat. ¶Qn̄ luna ī ascēdēte fuerit ꝛ infortūe īpaz aspe
xerint egritudines ꝛ dolores significat. ¶Qn̄ infortūe ī
angulis fuerint ꝛ lūīnaria aspexerint: natus in corpe suo
egritudinez insepabilē hēbit. ¶Qn̄ infortune sub radijs
oriētales fuerit egritudies significāt: ꝛ si occidētales fue-
rint miseriā ac debilitatē hēbit. ¶Qn̄ luna cū infortuna
alligata fuerit egritudines cronicas ac debilitatē corpo-
ris significat. ¶Qn̄ signū. 6. domus ab aspectu vel radijs
infortuue īpeditū fuerit: egritudines significat. ¶Qn̄ si-
gnū ascēdētis mobile fuerit erūt dicte egritudines ī ocu
lis. ¶Et si signū. 6. do. mobile fuerit ꝛ ei⁹ dn̄s ī signo mo
bili. Nati egritudines erūt ex phlegmate. ¶Et si Mars
dn̄m. 6. domus aspexerit erūt ex calore vel igne. ¶Et si
Saturn⁹ ꝛ Juppiť dictū dn̄m aspexerint erūt de nā cali-
ditatis ꝛ humiditatis. ¶Et si Venus dn̄a. 6. dom⁹ fuerit:
erunt egritudines nati circa renes ꝛ pudibūda aut ex ni
mio coitu. ¶Et si mercurius dn̄s. 6. do. fuerit: egritudi-
nes nati erūt in lingua vel auditu. ¶Et si luna dn̄a. 6. do
mus fuerit erūt egritudines nati in genitalib⁹ ꝛ ptib⁹ in
feriorib⁹. ¶Et hec de egritudib⁹ in gn̄ali dixim⁹. ¶Sz
qr sapientes in libris suis significatiōes particulares po
suerunt eas declarare in sequētibus proposuimus.

¶De cecitate ꝛ oculoꝝ egritudinibus. Cap. 54.

QUādo sol ꝛ luna ab īfortūis obsessi fuerint: ꝛ ascē
dens infortunatus ꝛ dn̄s eius ī malo loco: necnō
fortune ab ascēdēte cadētes: natus erit cecus aut egritudi
nē insepabilē ī oculis hēbit. ¶Qn̄ luna luīe ac numero
diminuta in. 6. domo fuerit: ꝛ maxie. 4. vl' opposito aspe
xerit: cecitatē significat. ¶Qn̄ infortune in eodē. ḡ. cū lu
minarib⁹ fuerint: aut luminaria sine aspectu fortune. iiij.
vel opposito aspectu aspexerit: nat⁹ visuz amittet. ¶Qn̄
sol dn̄s. 6. domus fuerit ꝛ p malū alicui⁹ infortūe aspectū
absq3 aspectu fortune īfortunatus fuerit egritudinē ī ocu
lis sigt. ¶Qn̄ luna dn̄a. 6. domus exn̄s in ḡ. ascēdētis per
malū infortunaꝝ aspectū infortunata fuerit: ꝛ fortune ip
sam nō aspexerint: nat⁹ egritudinē in oculis hēbit. ¶Qn̄
cauda draconis in ḡ. ascēdētis fuerit ꝛ lūīnaria īfortuna
ta natus aliquē ex oculis amittet: nisi fortune bono aspe-
ctu ibidē aspexerint. ¶Qn̄ mars dn̄s. 6. domus fuerit: ꝛ
ascēdēs signū mobile ꝛ Luna luīe ac numero diminuta
cū cauda draconis ac in. iiij. vel opposito martis aspectu
nat⁹ visuz amittet. ¶Qn̄ mars sup lunā existēs in. 7. do.
ꝯbustus fuerit egritudinē oculoꝝ sigt. ¶Qn̄ infortūa in
3. do. fuerit: ꝛ mars ī ascēdēte infortunat⁹ oculi nati egro
tabūt. ¶Qn̄ infortune cū luminarib⁹ in locis cadētibus
fuerint egritudines oculoꝝ signt. ¶Qn̄ lūīnaria ī signis
cronicas egritudines significātib⁹ fuerint: ꝛ īfortune ma
lo aspectu ipsa aspexerint: ꝛ fortune ab eis cadētes fuerit
natus egritudines in oculis hēbit. ¶Qn̄ sol ꝛ luna in. 7.
domo fuerint: ꝛ mars imediate post lunā ascēdat egritu
dines oculoꝝ signt. ¶Qn̄ signū. 2. dom⁹ fuerit vna ð do
mibus Saturni ꝛ sol dn̄s ptis fortune vel ascēdētis exn̄s
in. 2. do. fuerit: egritudines oculoꝝ portēdit. ¶Et sciēdū
est ꝙ in aliqbus signis sunt aliq gradus q destruūt visuz.
¶In tauro locus achorade ḡ. 6. 9. ꝛ. 10. ¶In cācro a. 9.
ḡ. vsq3 ad. 15. ¶In Leone locus alepherenť. 18. ḡ. 27. ꝛ. 28.
¶In scorpione. 19. ꝛ. 28. ¶Et sm̄ drocheū in scorpione
8. ḡ. 9. 10. ꝛ. 22. ¶In sagi. vnus. ḡ. 7. 8. ꝛ. 9. ¶In capricor-
no a. 26. ḡ. vsq3 ad. 29. ¶In aquario. 6. ḡ. 10. ꝛ. 19.

¶De amissione vnius oculi. Cap. 55.

QUando luna luīe crescēs a marte infortunata fue-
rit: aut luīe diminuta a saturno ꝛ sol in bono loco
amissionē oculi sinistri aut īfirmitatē īsepabilē significat.
¶Quādo sol in natiuitate diurna īfortūatus fuerit ꝛ lu-
na ab infortunis libera cecitatē ī oculo dextro portēdit.
¶Qn̄ luna in natiuitate nocturna sup terrā infortunata
ac dn̄s. 6. do. existēs cū cauda dracōis fuerit ꝛ sol infortu
natus: natus erit cecus aut oculū vnū amittet. ¶Qn̄ sol ī
natiuitate diurna eclipsatus fuerit amissionē oculi dextri
sigt. ¶Qn̄ sol in natiuitate dn̄s. 2. do. fuerit nat⁹ egritudi
nē in oculo dextro hēbit: nisi fortune ipsum aspexerint.

¶De nebula oculorum. Cap. 56.

QUando aliqs ex pl'is sub radijs solis fuerit: mars
vel Mercurius precipue: natus nebulam aut ma-
culā in oculo hēbit: ita ꝙ p eā visus īpediet. Qn̄ luna cū
marte in eodē signo sub radijs solis fuerit: nebulā ī ocu-
lo sigt. ¶Qn̄ Ven⁹ dn̄a. 6. do. ī ascēdēte fuerit ꝛ infortūe
malo aspectu īpaz aspexerit: nat⁹ lachrymatōez oculoꝝ ꝛ
hūiditatē patieť: aut in eis cicatricē vel nebulā habebit.

¶De oculis luscis vel strabonibus. Cap. 57.

QUādo luna saturno oriētali ac sub radijs solis exi
stēti iūcta fuerit: natus erit strabo vl' luscus. ¶Qn̄
sol ꝛ luna in sig̊ mobili iūcti fuerint: ꝛ ab ascēdēte caden
tes necnō ab infortūis cū aspectu fortūe alligātes: natus
erit luscus. ¶Qn̄ sol in natiuitate diurna ac in signo tor
tuosi ascēsus īpedit⁹ fuerint: ꝛ mars solē aspexerit natus
erit luscus: presertiz si sol in ḡ. tenebroso fuerit.

¶De oculis tenebrosis. Cap. 58.

QUādo luna in medio tauri vl' in. 6. 9. seu. 10. ḡ. fue
rit: aut in. 9. aut. 19. ḡ. cancri: seu in p̄mo. 7. 9. vel in
18. sagittarij: nat⁹ in oculo nebulā hēbit aut oculi eius te-
nebrosi erūt. ¶Qn̄ luna in ascēdēte ac in via ꝯbusta vel ī
gradu tenebroso: aut in gradu destructionē visus signifi-
cāte fuerit: tenebrositatē oculoꝝ sigt. ¶Qn̄ sol sub terra
ī. 4. aspectu saturni fuerint: nat⁹ oculos tenebrosos hēbit.
¶Qn̄ luna ī aliq̄ graduū destructionē visus significātiū
fuerit tenebrositatē oculoꝝ sigt: p̄sertiz si luna fuerit lumi
ne diminuta. ¶Et sciēdum est ꝙ in signis sunt aliq gra-
dus tenebrosi: videlz. ¶In tauro. 9. 20. ḡ. ¶In leone. 5.
12. 14. ꝛ. 16. ¶In virgine. 13. 19. ꝛ. 21. ¶In libra. 19. 20.
ꝛ. 21. ¶In scorpione. 21. 22. ꝛ. 23. ¶In capricorno ab. 11.
gradu vsq3 ad. 15. ¶In aquario. 2. 3. ꝛ. 4.

¶De visu debili. Cap. 59.

QUando luna lūīne diminuta ī malo saturni ꝛ mar
tis aspectu fuerit: debilitatē visus sigt. ¶Qn̄ satur.
ꝛ mars in. 2. signo a sole fuerit ꝛ lūa infortūata ac nūero
ꝛ lūīne diminuta ip̄m ab occidēte vel medio celi aspexe
rit: natus erit debilis visus. ¶Qn̄ lūa ab infortūis fuerit
obsessa ꝛ fortūa. 4. vel opposito aspectu īpam aspexerit:
debilitatē portēdit visus. ¶Qn̄ lūa lūīne ac nūero dimi-
nuta Saturnū in sagittario existēte. 4. vel opposito asp-

ctu aspexerint: natꝰ visum debilē hēbit. ¶ Qñ luna hora sepationis a ꝯiunctione vel ꝑuētione solis saturno aut Marti fuerit alligata: natꝰ erit visus debilis: aut i oculis natꝰ egritudinē iſepabilē patiet. ¶ Qñ lūa de sub radijs solis apparuerit ⁊ ifortune ipam malo aspectu aspexerit visus nati debilitabit. ¶ Qñ luna sub radijs solis iungit Saturno Iouē ibidē nō aspiciēte debilitatē visus ac cronicā oculoꝝ egritudinē sigt. ¶ Qñ mars ⁊ sol in angulo occidētali fuerit ⁊ mars fortis ac oriētalis fuerit: erit i visu nati debilitas aut i oculis cronica egritudo. Qñ sol ⁊ luna in ǧ tenebrosis ⁊ sub radijs Saturni i circulo suo ꝺ scēdētes fuerint lachrymationē oculoꝝ signt: ꝑsertꝫ si saturnꝰ sup illos exñs i signis hūidis fuerit. ¶ Et peiꝰ qꝺ in egritudibꝰ oculoꝝ eē possit ē ꝙ sol a marte infortūatꝰ eclipsim patiat: nā hoc destructionē oculoꝝ significat.

¶ De egritudinibus aurium. Cap. 60.

Qūādo Mercurius dñs .6. domus existēs i malo loco ab ascendēte fuerit ⁊ saturnꝰ eū .4. aspectu vel .6. domū opposite aspexerit: natus erit surdus. ¶ Qñ lūa lūine ꝯpleta marti in .6. do. obuiauerit: natꝰ q̄si nihil audiet. ¶ Qñ mercurius natitate nocturna existente de sub radijs apparēs: necnō retrogradus ⁊ i malo fortūe aspectu i .6. domo fuerit: natꝰ erit i auditu pōderosus. ¶ Mercurius ēt in domo saturni infortunatus existens ⁊ in .10. domo fuerit: ⁊ infortune ipsuꝫ aspexerint: natus oi auditu carebit: ꝑsertim si fortune ab eo fuerint peregrine.

¶ De loquela nati. Cap. 61.

Qūando sub radijs solis ac in aspectu lune existēs in aliq̄ signoꝝ voce carentiū sic̄ in Tauro scorpio vel piscibꝰ fuerint: natus erit mutus. ¶ Qñ mercurius i scorpio ac in termio ⁊ facie martis fuerit ⁊ luna i opposito aspectu aspexerit: natus erit balbus aut i loq̄la sua aliquātulū ipeditus. ¶ Qñ mercurius dñs sexte domꝰ exñs in ascēdēte infotūatus fuerit: natꝰ cū difficultate loquet. ¶ Qñ mercurius dñs .6. do. ac i signo voce carēte fuerit ⁊ infortune opposito aspectu ipꝫ aspexerint natꝰ erit mutus. ¶ Qñ mercurius in ꝯiūctione ac termio martis fuerit: ⁊ mars ipm malo aspectu aspexerit: natus erit ipedite lingue ⁊ q̄si mutus. ¶ Qñ luna luīe ꝯpleta ex ascēdēte fuerit alligata marti: natꝰ cronicā egritudinē hēbit i lingua. ¶ Qñ mercurius i domo ac termino saturni fuerit: natus cū labore loquet. ¶ Qñ Venus i domo Saturni retrograda ⁊ in aspectu martis existēs decimā domū possederit ⁊ Mer. ab ea cadēs fuerint: natus erit balbus aut in lingua multū ipeditus: ita ꝙ loqui vix poterit.

¶ De natis gibosis. Cap. 62.

Qūādo luna in initio vel fine signi fuerit: ⁊ Satur. ipsaꝫ aspexerit natꝰ erit gibosus. ¶ Qñ luna in .3. domo fuerit ⁊ saturnꝰ ad eā descēdens ac i signo mobili existēs sup eā eleuat: natꝰ erit gibosus. ¶ Qñ saturnꝰ ad terrā descēdens ⁊ mars dñs ascēdētis ac in signo tortuosi ascēsus ⁊ pauce latitudis existēs iuncti fuerint natꝰ erit gibosus: ꝑsertim si mars in .3. parte illius signi fuerit.

¶ De natis leprosis. Cap. 63.

Qūando luna a ꝯiūctione solis sepata saturno alligauerit ⁊ fortune ipsaꝫ nō aspexerint: natus erit leprosus. ¶ Qñ luna cū saturno ⁊ marte in ariete vł tauro fuerit: natꝰ erit corporis sordidi ⁊ q̄si leprosus. ¶ Qñ saturnus mars ⁊ luna ⁊ Venus in Cācro scorpione vel piscibus fuerint: morpheā vel cancrū aut apostema carneꝫ corrodēs ⁊ fetorē faciēs signt. ¶ Qñ iuppit retrogradus fuerit: ⁊ dñs domus .6. pegrinus ac in aspectu do. vel termino infortune: natꝰ: ruborē i facie aut cicatricē vel apostema hēbit. ¶ Qñ mars aut saturnus in domo .7. pegrini ac ferales fuerint ⁊ fortūe ascēdētes martē ⁊ saturnuꝫ aspexerit: natus hēbit rubedinē in facie ad leprā declināteꝫ. ¶ Silr̄ venus sic̄ de Ioue dictū ē disposita apostema ⁊ rubedinē in facie portēdit. ¶ Qñ Iuppiter in .6. do. infortunatus fuerit malū epar significat: ac vētositates necnō egritudinē in facie: que rosa siue rosura dicitur.

¶ De natis morpheā albā habētibus. Cap. 64.

Qūādo Venus ⁊ luna i signo aqueo fuerit infortunati: natus morpheā albā patiet. ¶ Qñ luna cū infortūa in eodē signo sub radijs solis fuerit: natꝰ morpheā albaꝫ cū sanie ⁊ casu piloꝝ incurret. ¶ Qñ luna in ariete cancro scorpiōe capricorno vel piscibꝰ a saturno ifortunata fuerit morpheā sigt. ¶ Qñ aliqꝺ de signis ꝑdictis fuerit ascēdēs ⁊ ps absētie vł fortūe i eo: morpheā natū iuadet.

¶ De natis lunaticis fatuis aut luscis. Cap. 65.

Qūando mars i angulo terre fuerit: aut sol ipm .4. vel opposito aspectu aspexerit: natꝰ erit lunaticus aut mali sensus vel q̄si stultus seu fatuus. ¶ Qñ mercurius cū saturno in ascēdēte fuerit ⁊ mars eū opposito aspectu aspexerit: natus erit lunaticus: nisi fortūe bono aspectu eos aspexerit. ¶ Qñ luna in ascendente iuncta saturno fuerit ⁊ mercurius ifortunatꝰ eos aspexerit. Natꝰ stultitiā: incurret: ꝑsertim si fortune ibi nō aspexerint. ¶ Qñ mars inter solē ⁊ lunā i eodē signo fuerit: natꝰ lunaticus aut luscus efficiet. ¶ Qñ mer. vel mars in ascēdēte fuerit ⁊ saturnus sup illū in āgulo medij celi ⁊ mercurius i oppōne lune a .7. do. natus erit lunaticus aut luscus. ¶ Qñ luna a saturno sepata marti sine aspectu fortūe iuncta fuerit: natus erit lunaticus aut parui sensus. ¶ Qñ infortūe ascendēs ⁊ eius dñm malo aspectu aspexerint: ⁊ fortune ibi nō radiauerint: natus erit parui sensus. ¶ Qñ luna a ꝯiunctione martis sepata sub radijs solis fuerit: ⁊ fortūe bono aspectu ibidē nō aspexerint: natus erit lunaticus. ¶ Qñ dñs triplicitatis solis in natitate diurna fuerit in oppōne solis ⁊ dñs triplicitatis lune i natiuitate nocturna in oppōne lune: natꝰ erit lunaticus. ¶ Qñ saturnꝰ dñꝫ ꝯiūctionis seu ꝑuentiōis aspexerit: ⁊ lūa lumīe diminuta fuerit: Natus erit lunaticus ꝑsertim si fortūe ibidē nō aspexerint. ¶ Qñ luna lumine crescēs i sagittario vel piscibꝰ fuerit ⁊ martē sine aspectu fortūe malo aspectu aspexerit: natus lunaticus efficiet. ¶ Qñ luna ⁊ mars in ascēdente fuerint ⁊ saturnꝰ in .7. domo eos aspexerit: natus erit lunaticus: ꝑsertim si fortūe lunā nō aspexerit. ¶ Qñ mercurius ⁊ saturnus ferales fuerint ac se opposito aspectu aspexerint: ⁊ luna i aliquo anguloꝝ martē aspexerit ⁊ dñs ascēdētis in .7. do. fuerit: natꝰ erit lunaticus. ¶ Qñ mercurius a dño ascēdētis sepatus fuerit natꝰ gnqꝫ v̄ba aliena ꝓferet. ¶ Qñ sol ꝑ quē sensus sigat ab ambabꝰ infortunis ifortunatꝰ fuerit: necnō in oppōne ascēdētis ac in termio ifortune ⁊ dñs eius ipm aspexerint: natus erit melācolicus: aut stultꝰ. ¶ Qñ lūa ⁊ dñs ascēdētis a marte infortunati fuerint: ⁊ mercurius cū eis iungat: natꝰ erit lunaticus ⁊ q̄si stultꝰ. ¶ Qñ sol ⁊ lūa pegrini fuerit aut i sexta do. ⁊ in eodē ǧ ꝯiūcti ⁊ ifortune sine fortunaꝝ aspectu aspexerint: natus lunaticus efficiet siue stultus.

¶ De natis epilenticis. Cap. 66.

Qūādo sol ⁊ Venꝰ in ascendēte fuerit ⁊ saturnꝰ ex angulo terre occidētalis eos aspexerit: natus erit epilēticus aut sensu diminutꝰ: aut de illis q dicunt stellatici. ¶ Qñ sol in ascēdēte fuerit ⁊ ascēdēs signū .9. ⁊ lūa i piscibꝰ ⁊ saturnꝰ in sagittario ⁊ mars i geminis: aut virgine: epilēticos cadētes sigt. ¶ Qñ lūa i natitate diurna mercuriū nō ꝯplectit nec ascēdēti vnit: natꝰ erit epilēticꝰ.

¶ De natis paraliticis. Cap. 67.

Qūādo luna nō lōge a saturno pegrina fuerit egritudinē in neruis ⁊ mēbris ex frigiditate: aut dolorem paraliticū sigt. ¶ Qñ lūa lūine diminuta cū saturno in signo phlegmatico sub radijs solis sine aspectu fortūe fuerit: natꝰ egritudinē paraliticā incurret. ¶ Qñ lūa peregrina existēs cū saturno in aliq̄ anguloꝝ sub radijs solis sine aspectu fortūe fuerit: natꝰ erit paraliticus. ¶ Qñ signū .6. do. ⁊ dñs eiꝰ ab ascendente infortūati fuerint ⁊ saturnꝰ sine aspectu Iouis ipm aspexerit natꝰ egritudinē frigidam ⁊ humidam incurret.

¶ De natis cordiacis. Cap. 68.

Qūādo sol .6. domꝰ existēs infortūatꝰ fuerit ⁊ fortūe ab ipso cadētes: debilitatē cordis ⁊ eiꝰ egritudinē sigt. ¶ Qñ Iuppiter in angulo terre infortūatꝰ fuerint: ⁊ maxime a saturno: natꝰ āxietatē ⁊ dolorē cordis hēbit. ¶ Qñ in natitate diurna saturnꝰ Iuppiter ⁊ Mars i .4.

domo fuerit: anxietatez significat. Et ꝙ nat⁹ quando aliquos rumores audiet motum cordis sentiet.

¶De natis epaticis. Cap. 69.

QUando 6 signũ ab ascẽdente fuerit domus Jouis ⁊ in ipso a. 4. vel opposito maloꝝ aspectu infortunatus: nat⁹ dolorẽ in epate hẽbit: ⁊ de facili febrẽ icurret. ¶Qñ luna. 6 domus dña fuerit ⁊ infortũe sine fortũarũ aspectu eã aspexerint ⁊ mars ifortune aspect⁹ fortior fuerit: dolorẽ epatis ⁊ egritudinẽ cronicã ab epate ꝓcedẽtẽ sigt: ꝑsertim si mars i termino nocturno fuerit ⁊ in. 4. vl' 7. do. ¶Qñ luna ⁊ dñs ascẽdẽtis a marte ifortunati fuerint: natus dolorẽ epatis ⁊ egritudines calidas hẽbit: ⁊ forte ꝙ sanguis ab eius corpore ꝑ incisionẽ vel ꝑcussionẽ exibit. ¶Qñ sol natiuitate diurna existẽte in scorpione fuerit: natus dolorẽ iuncturarum patietur.

¶De natis spleneticis. Cap. 70.

QUando luna dña. 6. domus fuerit ⁊ ifortune ipsaz maxime saturnus sine aspectu alicui⁹ fortune aspexerint natus dolorẽ in splene hẽbit. ¶Qñ dñs ascẽdẽtis fuerit in ascensu suo ⁊ infortũe ipm aspexerint. nat⁹ dolorẽ splenis incurret. ¶Qñ dñs ascẽdẽtis in natiuitate diurna ꝯbustus vel ipeditus aut i malo loco fuerit ⁊ mars in angulo terre existẽs ipm ipedierit dolorẽ splenis sigt. ¶Qñ saturn⁹ dñs ascẽdẽtis exñs ab ifortũa ꝑegria ifortunat⁹ fuẽit nat⁹ egritudinẽ ⁊ apostemata icurabilia hẽbit. ¶Qñ luna lumine ac numero diminuta in domo saturni fuerit maxime in natiuitate nocturna: natus erit febrilis ⁊ tumorẽ vel duritiẽ in splene habebit.

¶De natis pulmonicis. Cap. 71.

QUãdo luna sub terra infortũata fuerit nat⁹ in pulmone hẽbit apostema. Et h̃ deterius erit si lũa i angulo terre fuerit: qꝛ nat⁹ grauẽ tussiz ex ꝑte pulmonis hẽbit ⁊ phlegma cũ sanie spuet. ¶Qñ venus dña. 6 do. existens fortunata a saturno in signo igneo existẽti: nat⁹ calorẽ cũ siccitate ac pulmõis dolorẽ patiet. ¶Qñ lũa sub terra a saturno. 4. vel opposito aspectu infortunata fuerit: natus suffocationem hanelitus habebit.

¶De natis stomatichis. Cap. 72.

QUando mars ⁊ saturnus in. 6. vel. 12. do. fuerit: natus in stomacho patiet ⁊ cancrũ ac dolores extraneos hẽbit. ¶Qñ sol in natitate diurna ipeditus ⁊ ifortunatus fuerit egritudines nativi plurimũ erunt i stomacho. ¶Qñ luna debilis ⁊ ifortunata in. 6. do. fuerit: nat⁹ multis egritudib⁹ i corde vl' stõacho exñtib⁹ egrotabit.

¶De natis i vẽtre ac itestinis dolorẽ hñtib⁹. Cap. 73.

QUando mars in. 7. domo ⁊ i scorpione sine ꝑtãte Jouis ⁊ veneris fuerit excoriationẽ ⁊ dolorẽ intestinoꝝ sigt. ¶Qñ mars in natitate diurna in. 3. vl'. 4. do. cũ cauda dra. sine fortũe aspectu fuerit: vlcerationẽ itestinoꝝ sigt. ¶Qñ satur. ⁊ mars in. 6. vel. 12. do. sine aspectu fortune fuerit: natus dolorẽ in itestinis ⁊ vlceratiõez itestinoꝝ sigt. ¶Qñ satur. ⁊ mars in. 6. vel. 12. do. sine aspectu fortũe fuerit: nat⁹ dolorẽ in itestinis ⁊ vlcerationẽ cõsumere ⁊ sanguis putredinẽ hẽbit. ¶Qñ saturn⁹ cũ cauda draconis in. 7. do. q vẽtrẽ sigt fuerit: dolorẽ itestinoꝝ cũ ventositate frigiditate ⁊ siccitate: necnõ dolorẽ Ilium ac colicã passionẽ portẽdit. ¶Qñ dñs. 6. do. in ascẽdente ac in signo mobili fuerint ⁊ dñs ascẽdẽtis sit' in sig mobili ⁊ Saturn⁹ ipm aspexerit: egritudinẽ cronicã ex hũiditate ⁊ sanguine ⁊ vẽtris dolorẽ sigt. ¶Qñ saturnus peregrinus ꝯbustus in termino veneris fuerit: natus egritudines in vẽtre hẽbit. ¶Qñ signũ. 6. do. infortunatuz a dñs eius in. 6. do. vel. 7. sub radijs solis fuerit: natus dolorẽ ac inflãmationẽ vẽtris incurret. ¶Qñ pars fortũe vl' luna aut dñs ascẽdẽtis i. 7. do. infortũati fuerit: Nat⁹ dolorẽ vẽtris patiet ⁊ erit dolor s̃ꝫ nãz ⁊ q̃litatẽ signi. 7. dom⁹

¶De egritudinibus genitaliuz. Cap. 74.

QUando luna a Saturno i aliquo anguloꝝ existẽti sub radijs solis a lũine diminuta sepata fuerit: natus dolorẽ ventris ⁊ genitaliũ frigiditatẽ hẽbit. ¶Qñ luna luie crescẽs ⁊ nũero diminuta in natitate diurna martẽ aspexerit: dolorez genitaliũ ⁊ egritudinẽ cronicã i eis portẽdit. ¶Qñ venus ꝑegrina in ascẽdente fuerit ⁊ Saturnus ipsaz aspexerit: dolorẽ genitaliũ sigt. ¶Qñ lũa lumine diminuta in. 2. do ac in signo hũido fuerit ⁊ Saturno i opposito augis sue exñti ꝑ ꝯiunctionẽ applicuerit: natus inflationẽ: aut relaxationẽ vel rupturã in genitalibus hẽbit. ¶Qñ venus retrograda cuz Marte in. 8. do. maxie i scorpiõe fuerit: gẽitalia nati erũt mag̃. ¶Qñ lũa ven⁹ ⁊ mars i eodẽ loco fuerit ⁊ saturn⁹ sine aspectu Jouis eos aspexerit: natus i genitalibus egritudinẽ hẽbit.

¶De lapide ⁊ arenulis. Cap. 75.

QUãdo Saturnus significator egritudinũ fuerit eo existẽte infortunato ⁊ luna ei ꝑ ꝯiunctionẽ vl' aspectũ alliget: lapidẽ ⁊ arenulas i renibus aut vesica: necnõ dolorẽ ⁊ siccitatẽ i genitalib⁹ ⁊ virga sigt. ¶Qñ dñs ꝑtis ĩfirmitatis domũ. 6 aspexerit: ⁊ dñs. 6. ac. 7. do. ifortũat⁹ fuerit: nat⁹ dolorẽ i renib⁹ ⁊ vesica s̃ꝫ nãm dom⁹. 6. patiet.

¶De natis multi coitus. Cap. 76.

erit caupo tabernarius vel leno.
¶De mercatoꝛibus cannarum zuchari sagitarum lācea
rum vel lignoꝛum. Cap.125.

Quādo luna in domo significatoꝛis magr̃ij fuerit:
aut i signo aqueo ⁊ mer. ipsaz ex signo aqueo aspe
xerit: natus erit cānaruz zuchari mercatoꝛ. ¶Et si mars
ipsum aspexerit: erit mercatoꝛ lancearum. ¶Et si mars
sub radijs solis fuerit ⁊ mer. ei alligauerit: natus erit mer
catoꝛ sagitaꝝ ¶Et si Juppit̃ cū ipsis firmauerit: natꝰ erit
cānarū zuchari mercatoꝛ. ¶Et si mars i signo aqueo fue
rit ⁊ mer. sub radijs solis exn̄s ipz ex signo fertili aspexe
rit. natꝰ erit lignoꝝ mercatoꝛ. ¶Et si mer. saturnū ex cā-
cro aut lūa ex scoꝛpiōe aspexerit ⁊ saturnꝰ i capcoꝛno fue
rit: natꝰ erit lignoꝝ vl̃ sagitaꝝ mercatoꝛ. Et si mer. ipz ex
piscibꝰ aspexerit: natus erit palee vel stipule aut herbaꝝ
mercatoꝛ. ¶De natis nuncijs. Cap.126.

Quando sol in domo magr̃ij fuerit ⁊ luna eū aspe-
xerit: natus erit nuncius vl̃ cursoꝛ. ¶Et si sol mar-
tē in descēsione sua existentē aspexerit: natus erit i itinere
vel legatōe sua mēdax. ¶Et si saturnū aspexerit: natꝰ erit
cursoꝛ. ¶De diuersis natoꝝ magr̃ijs. Cap.127.

Quando mercu. in signo q̄drupede maxime i sagit
tario fuerit: natus erit alicuiꝰ magr̃ij ꝯditoꝛ. ¶Et
si Jouē in signo q̄drupede aspexerit: natus erit onerum
poꝛtatoꝛ. ¶Et si luna cū eo fuerit: erit poꝛtatoꝛ aq̄. ¶Et
si sol lunā in exaltatiōe sua exn̄tez aspexerit: natꝰ erit cur
soꝛ de mane ⁊ vespere tm̄. ¶Qn̄ saturnus i cācro fuerit:
Et mars ipm bono aspectu aspexerit: natus erit pān̄oꝛū
lauatoꝛ. ¶Et si sic in virgine fuerit erit gipsi factoꝛ: ¶Et
si saturnus in Aquario fuerit erit pistoꝛ ¶Et si in gemi-
nis fuerit erit textoꝛ. ¶Et si i Tauro fuerit erit semiatoꝛ.
¶Qn̄ luna cū Marte fuerit aut ipz ex oppōne aspexerit
natus sil̃r erit mercatoꝛ olei. ¶Et si Uenus significatrix
magr̃ij exn̄s ⁊ Juppiter eā ex signo fertili aspexerit: natꝰ
sil̃r erit mercatoꝛ olei. ¶Et si saturnus cū ioue ⁊ iuppit̃
infoꝛtunatus ꝯbustus vel retrogradus: natꝰ erit taberna
rius caupo vel leno. ¶Et si luna i do. sig̃toꝛis magr̃ij ac
in angulo terre fuerit: natꝰ erit vini tractoꝛ. ¶Et si mer. i
capꝛi. fuerit Marte sup eū existente natus erit. ¶Et si sa-

turnus in Ariete fuerit natus erit aptator domus. ¶Qñ saturnus lunā aut eius duodenariā aspexerit ꝛ luna i termino saturni aut i aliquo anguloꝝ vel succedētiū fuerit: natus erit dom⁹ lapidator. ¶Et si cauda dracōis in ascēdente fuerit: nat⁹ erit gestoꝝ ac terraꝝ recitator. ¶Et si pl'a principās nato fuerit Mercurius: magr̄iuꝫ nati erit ex sapia nisi Mercurius retrogr̄dus fuerit. Nā si retrogr̄dus fuerit: natus erit sutor vel repator antiquaꝝ vestrū.

¶Ad inueniendū dominuꝫ magisterij. Cap. 128.

PLanetā principantē in magr̄io sic agnosces i locū Martis Ueneris ꝛ Mer. ꝯsidera. ¶Nā pl'a q i dictis locis dñiuꝫ habuerit dr̄ in magr̄io pncipās. ¶Et si Saturnus pl'e pncipāti ꝯmisceat magisteriū nati erit vile sicut est pparare coria ꝛ aptare stratas. ¶Et si ambo i signis terreis fuerit: natuꝫ erit mortuoꝝ sepultor. ¶Et si Juppiter ipm in magr̄io pncipantē aspexerit nat⁹ ex magisterio suo lucrū magnū ac diuitias acqret. Et vt plurimū magisteriū nati circa res legis ꝛ iudicioꝝ versabit. ¶Et si sol ipm bono aspectu aspexerit: magisteriuꝫ nati circa reges aut res eoꝝ erit. ¶Dixit hermes: si pl'a i magisterio pncipās ꝯbustus vel retrogradus fuerit: aut i. 6. vel. 12. do. ꝛ nullus pl'aꝝ lunā aspexerit: natus victū suuꝫ petet vel q̄ret hostiatim. ¶Ptolemeus dicit sp inspiciēduꝫ eē ad pl'aꝫ oriētalē a sole ꝛ fm illius nāꝫ ꝛ nām signi in quo ē ꝛ nām aspectus pl'aꝝ ꝛ ipm erit nati magr̄ium. ¶Dicit aūt hermes: ꝙ quotiēscūqꝫ pl'a in magisterio pncipans signū Scorpionis possederit: natus erit latro: ꝙ si luna i opposito mercurij fuerit: ꝛ mars eos ex aliquo anguloꝝ aspexerit magisterium nati erit latrocinari.

¶Capitulum in prima nati fortuna.

PRopter hoc sciendū est ꝙ fortune hoīum sunt diuerse. Nā aliquoꝝ fortuna erit ꝯpleta ita ꝙ p totā vitā suā: diuitias honores ꝛ dignitates hēbūt. ¶Alij vo in fortuna sua ad finē vite sue erūt mediocres. ¶Quidaꝫ etiā p totāvitā suā erūt mifi: nihil aut paꝝ hn̄tes. ¶Sūt insup aliq q in principio medio vel fine erūt diuites aut miseri. ¶Et alij q ex diuitijs multis ad miseriā ꝛ mēdicationē deueniūt. ¶Et ecōtra qdā sunt qui ex miserijs ꝛ ex mēdicatiōe ad dignitates diuitias ꝛ honores eleuantur. ¶Hominū ēt quidā sunt q fortunā suā ex fide ꝛ religiōe habēt. Alij a rege. Alij ex scia sua. Alij ex mercatura. Alij ex ingenio astutia vel magisterio. Alij ex patiētia. Alij ex violētia ꝛ audacia. Alij ex euentu. ¶Sunt ēt aliq q sp miseri fuerūt ꝛ in hora mortis fortunant. ¶Sapiētes ğ antiq fortunā nati ex multis locis colligūt: vꝫ ex dñis triplicitatis solis de die ꝛ lune de nocte. Ex pte fortune ac ei⁹ dño: necnō ex dñis triplicitatis ei⁹. Ex medio celi ac eius dño ex ascēdēte ac eius dño ex. 11. do. ab ascēdēte ac eius dño: ac ēt ex. 11. do. a pte fortune ac eius dño. ¶Cū ğ pdicta loca fuerit fortunata ꝛ dñi triplicitatis fortes ac firmi necnō fortune lūinaria aspexerint: ꝛ ps fortune in ascendente vel ei⁹ firmamēto fuerit fortūa nati erit bōa ꝛ vsqꝫ in finē vite sue durabilis. Et si i ascendēte vel medio celi alique ex stellis beibenijs fuerint nati fortunā ꝛ sublimitatē eius signt. ¶Et sciendū est ꝙ pl'e in dignitatib⁹ suis ac in angulis exn̄tes maiorē dant fortunā q̄ꝫ alibi.

¶De natis regibus: ꝛ eorum fortuna. Cap. 129.

QUando sol in gradu ascēdētis ac i domo exaltatione vel facie sua fuerit: ꝛ Juppiter ipm ex loco fortunato aspexerit: natus erit rex famosus fortunat⁹ victor in oibus ꝛ a deo ptectus: necnō hō recte fidei ac timens deū ꝛ forsan erit alioꝝ caput. ¶Qñ venus dña ascēdētis ac partis fortune in. 5. do. ac i eius exaltatiōe exn̄s ac de sub radijs solis directa ꝛ occidētalis fuerit: natus erit rex magnus liberalis: simplex delitiosus: hūilis: māsuet⁹ pacificus: ꝛ q aīum suū dirigere ac subditis suis benefacere appetet. ¶Qñ satur. in. 5. do. sic diximus de venere collocatus fuerit: nat⁹ erit tristis nō curās de malo in iurijs varijs sibi factis: erit ēt aīe grosse malitie multe: pauce pietatis ac i regno suo infortunatus. ¶Qñ Juppiter i medio celi directus ac numero crescēs a sole receptus fuerit ꝛ i fortune ab eo cadētes: natus erit rex magnus ꝛ dñiuꝫ super ciuitates regni sui hēbit: eritqꝫ exaltatio sua formosa. ¶Qñ sol ꝛ luna in medio celi ac i dignitatib⁹ suis fortunati ꝛ fortūe eos bono aspectu sic ifortunaꝝ radijs aspexerit: natus erit rex vel dñs ciuitatū: in qbus erit vt dux ꝛ qcqd mandauerit adimplebit eritqꝫ hō sensatus ac bone memorie ꝛ in negocijs fortūatus. ¶Qñ sol ꝛ venus cuꝫ Joue ꝛ luna iuncti fuerit: vel eos ex domo sine ifortunarū aspectu aspexerit: nat⁹ erit rex magn⁹ i ciuitatib⁹ ꝛ climatibus iperās: viuetqꝫ honorate ꝛ regnū suū hr̄ditabit ac illud filijs suis dimittet: ipsi vo post eū illud hr̄ditabūt. ¶Cū luna solē bono aspectu aspexerit: Saturnus ex medio celi bono aspectu sir̄r martē aspexerit: natus erit rex pecuniosus fortis i regno suo ꝛ i actibus suis fortunatus ac potēs: inimicoꝝ suoꝝ victoꝝ. ¶Qñ ps fortune in bono loco ac cū suo lumine apparēs ꝛ cū fortunis apparētibus ac fortib⁹ fuerit ꝛ infortune ipsaꝫ nō aspexerint: natus erit magnus rex aut dux fortis. ¶Qñ sol in ascēdēte fuerit ꝛ in domo vel exaltatione sua ꝛ luna in occidēte ꝛ ambo ab infortunis liberi fuerit: natus erit rex magnus ornatus atqꝫ fortis ꝛ i rebus suis ac regno potēs. ¶Qñ luna i medio celi vel exaltatiōe sua fuerit ꝛ Juppit mars venus mer. exn̄tes directi ipsaꝫ bono aspectu aspexerit: satur. eā nō aspiciēte: natus erit rex magn⁹ ꝛ gentiū ac ciuitatū dñs ꝛ q in oibus v̄ba ꝛ facta sua ꝯplebit. ¶Qñ venus cū Joue ꝛ saturno fuerit ꝛ venus lunā ex medio celi aspexerit: natus erit rex magn⁹ ꝛ fortunatus ꝛ subditis suis dilectus ꝛ a deo ptectus necnō hō verus ꝛ rectus ꝛ deo obediēs. ¶Qñ sol in medio celi fuerit ac i domo vl' exaltatione sua: natus erit rex ac de genere regū natus ꝛ q negocia sua rectitudine ac bonitate ordinabit: eritqꝫ a deo ptectus ꝛ ab inimicis securus. ¶Et si aliq̄ ex stellis beibenijs de nā Jouis ꝛ Mercurij in ascēdente vel medio celi vel sol ac luna cū ea fuerit: natus erit rex eleuat⁹ ꝛ ornatus ac ex suo sensu ꝛ ꝯsilio laudatus: sub cuius imperatione subditi sui pficiēt: eritqꝫ bone ꝯuersationis ac bone respōsionis cū necesse fuerit ꝛ male dū ips affuerit in v̄bis suis erit cōueniens ac in negocijs suis velox. Et fortitudo eius apparens: deū timebit subditis suis benefaciet liberalitas sua ampla magne pietatis ac in oibus actibus suis fortunatus ꝛ adiutus.

¶De natoꝝ dñijs ꝛ fortuna eoꝝ in ipsis. Cap. 130

QUādo Juppiter sine malo infortūe aspectu solē ex oppōne aspexerit: natus erit dñs vel gubernator alicuius regni magne fame nois ac dñij: ꝛ q ptātē mādādi ꝛ phibēdi hēbit. ¶Qñ sol in domo vel exaltatiōe sua exn̄s in medio celi fuerit: nat⁹ erit magnus i loco suo ꝛ i ordine alt⁹: ꝛ ob hoc regimē ꝛ dñiuꝫ in ciuitate ꝯsequet. ¶Qñ luna nūero ac lumine crescēs in. 12. do. cuꝫ capite genzahar sine aspectu saturni vel martis fuerit ꝛ fortuna in. 11. do. natus erit magnus ac i puincia sua ꝛ ciuitatib⁹ noiatus in pecunijs ac rebus regis fidelis. ¶Qñ pmus dominus triplicitatis solis de die aut primus dominus triplicitatis lune de nocte a principio signi in quo est vsqꝫ ad mediū eiusdē signi fuerit: ac i aliquo anguloꝝ natus erit magne fame ꝛ a magnis dñis dilectus atqꝫ eleuatus ptātēqꝫ manēdi phibēdi necnō auxiliatores scribas ꝛ sequaces hēbit sub se: ita ꝙ ante illū vexilla siue enses deferent ꝛ mādata eius a ppl'o ꝯplebunt. ¶Qñ sol in āgulo occidētali ac i domo vel exaltatione sua fuerit: ꝛ fortune ipm sine infortunaꝝ radijs aspexerit: natus magnum dñium hēbit ac i eo laudatus ꝛ bone ordinationis erit. ¶Qñ venus cū Joue Saturno ꝛ Mar. fuerit ꝛ lunā ex medio celi bono aspectu aspexerint: natuꝫ mādatū ac dominiū sup alios ciuitatis sue hēbit ꝛ a ciuibus mādatuꝫ eius adimplebit. ¶Qñ luna i cācro cū Joue exn̄s i ascēdente vel medio celi fuerit: natus bone fortune ac bone memorie ꝛ dñiuꝫ a rege sui climatis hēbit ꝛ ꝯfidet in eo rex. ¶Qñ sol ꝛ luna i ascēdente ac i domo martis fuerit ꝛ fortune ipsos aspexerint natus erit multoꝝ locoꝝ dñs ac inimicoꝝ suoꝝ victor: boni ornatus ac inimicis suis potēs malū inferre ꝛ ad interficiendū velox. ¶Qñ Juppiter. 3. aspectu solē aspexerit: natus erit dñs eleuatus ac

fortunatus.¶Qñ Juppiter in medio celi ⁊ in aliq̃ dignitatū suaꝝ exñs ⁊ liber ab infortunis ac eoꝝ aspectibꝰ fuerit: natꝰ erit magnus ⁊ alti nois ⁊ alijs imperās.¶Qñ saturnꝰ directus ac i medio celi exñs necnō i domo vel exaltatōe sua ⁊ natiuitas diurna fuerit: natus erit fortunatus ⁊ magne ordinatōis atq̄ loci dñs vel gubernator regni ⁊ alti mādati.¶Qñ mercu. i medio celi ac in domo vel exaltatōe sua fuerit. ⁊ iuppiter ac luna bono aspectu ipm aspexerit: natꝰ erit iudex. aut litigātiū dñs ⁊ q pplm sibi commissum pietate ⁊ rectitudine gubernabit.

¶De Magistris Militū ac eoꝝ fortuna. Cap.131.

Quādo luna cū venere fuerit ⁊ Juppit ⁊ mars trio aspectu ipaz aspexerit: natꝰ erit magr̃ militū: q res alioꝝ vi accipiūt: eritq̄ iterfectiōe ⁊ lite noiatus atq̄ pp hoc iter reges honorē ⁊ dignitatē hēbit. ¶Qñ mars in medio celi fuerit: iouē ⁊ lunā aspexerit: natꝰ erit magr̃ militū i iterfectione fortunatꝰ ⁊ victor famosus pp h̄ honorē a regibꝰ hēbit.¶Qñ saturnꝰ cū Joue ⁊ mer. fuerit: natus erit militū magr̃ ac inimicoꝝ victor ⁊ a deo ꝓtectus. ¶Qñ mars i ascēdēte exñs in domo vl' exaltatōe sua fuerit: natꝰ erit caput militū ⁊ dñs belloꝝ ac res magnas ꝑficiens.¶Qñ mars i angulo terre fuerit: ⁊ Juppiter i medio celi: natꝰ erit magnꝰ militū magr̃ ⁊ subtilis ⁊ multaꝝ ciuitatū victor: eritq̄ i lite ac i iterfectōe fortunatꝰ.¶Qñ iuppit lunaz ⁊ martē.3. aspectu aspexerit: natus erit dñs equoꝝ ⁊ caput militū: necnō ab oibꝰ honoratꝰ: presertī si Juppiter i signo masculino fuerit. ¶Qñ sol i signo masculino fuerit: ⁊ lunā ⁊ martē trino aspectu aspexerit: natus erit i iterfectiōe famosus ⁊ dicit audax ⁊ astutꝰ eritq̄ belloꝝ ordinator ac semꝑ vincēs ⁊ q̄d volet ab inimicis hēbit.¶Qñ Juppit in.5. domo i sua facie exñs dñs domus vite ⁊ ꝑtis fortune fuerit: ⁊ masr cū natiuitate diurna exñt bono aspectu aspexerit: natꝰ erit iter hoies magnus ⁊ lōge fame. Et añ ipuz vexilla aut enses deferent erit ēt belloꝝ dñs ac res magnas ꝑficiēs. Sed vi ac ferro suꝑ hoies dñabit.¶Qñ saturnꝰ ⁊ mars i.9. do. ac de sub radijs solis apparēs fuerit: ⁊ ꝑtē fortune i ascēdēte existētē aspexerit: natꝰ erit magnꝰ atq̄ potēs ⁊ multoꝝ militū caput ac multaꝝ reꝝ victor: Sed deū non timebit imo q̄ a deo ꝓhibita sunt faciet.¶Qñ. mars i natiuitate nocturna i domo vel exaltatōe sua ac i medio celi fuerit: natꝰ licet sit parue ꝓgeniei: tñ a regibꝰ aut potētibꝰ viris eleuabit: eritq̄ diues ⁊ caput militū regis.¶Qñ aliqua ex stellis beibenijs.2. magnitudinis ac d̄ nā martis ⁊ Jouis in ascēdēte vel medio celi fuerit vel cū sole aut luna: natus erit magni cordis atq̄ loci ac eleuate ordinatōis: erit dñs militū: ⁊ q villas ⁊ castra fortia lucrabit mādata eiꝰ circa belloꝝ actꝰ ꝑficient: hō victor ac bone memorie. Et si aliqua ex stellis beibenijs ꝑme magnitudinis ac d̄ nā martis ⁊ mercurij i supradictis locis fuerit: natꝰ erit dñs militū ac belloꝝ ponēs se i magnis actibꝰ mādatū eiꝰ ꝑficiet ac in rebus suis atq̄ bellis fortunabit: Uictor inimicoꝝ suoꝝ erit: Bella cū deliberatiōe ⁊ scia ordiabit: Sensuz bonū hēbit ⁊ ad statū vite sue atq̄ finis extremi longe añ mortē aspiciet: ꝑsertī si natiuitas nocturna fuerit. Sed si diurna steterit: natꝰ erit tumēs furibundus pauce pietatis ⁊ malū i corde suo obseruās.¶Qñ pars fortūe iter martē ⁊ Jouē fuerit: ⁊ dñs eius i bono ac fortunato loco: natus erit magr̃ militū: hēbitq̄ famā ac nomen atq̄ partez in cede ⁊ fortitudine nutu dei.

¶De Natis Militibus: ac eoꝝ fortuna. Cap.132.

Quādo mas in do. vel exaltatōe sua ac in medio celi exñs dñs ascēdētis fuerit ⁊ lunā ibidē aspexerit natꝰ erit miles fortis ⁊ famosus ac famā q̄ libēter se locis ꝑiculosis exponatꝰ hēbit. ¶Qñ luna i medio celi fuerit vl' sol i ascēdētē: natꝰ erit i negocijs suis fortis atq̄ velox. Et iā satis d̄ mā ista vbi nuꝑ de magisterio vel magisterijs militū locuti fuimus tractauimꝰ: Judica ergo secūdū illud quod ibidem scriptum est.

¶De Natis Sapiētibus ac eorū fortuna. Cap.133.

Quādo mercurius cū uenere in ascēdēte vl' medio celi fuerit: natꝰ erit sapiēs ac bonus dictator ⁊ quorū occasiōe ad statū ⁊ honorē eleuabit: ⁊ q̄zto plus vixerit tāto plus honor ⁊ dignitas augebunt.¶Qñ Juppit cū mercurio i medio celi fuerit: ⁊ sol bono aspectu eos aspexerit: natꝰ erit dictator famosus: ⁊ idē dñiū i domibꝰ regū hēbit.¶Qñ lūa i.4. solis aspectu fuerit: ac ab infortunis ⁊ Jouis aspectu exñs mer. aspexerit: ⁊ mer. cū fortuna fuerit: natꝰ erit maximus ac noiatꝰ dictator ⁊ ob hoc fortunatꝰ atq̄ diues erit.¶Qñ Juppit mercu. ex medio celi aspexerit: natꝰ erit dictator. ¶Qñ mercuriꝰ i domo sua exñs Joui i medio celi exñti iunctus fuerit. natꝰ erit dictator regis: eritq̄ pp hoc famosus.¶Qñ mer. natiuitate nocturna exñte in ascēdēte ac i exaltatione sua fuerit natꝰ erit secretariꝰ regū: vl' ꝑicipū ⁊ dictator sapiēs ⁊ inde bonā famā ⁊ fortunā hēbit: pecunias ꝯgregabit ⁊ sic ad finē vite ꝑseuerabit.¶Qñ mercu. dñs domꝰ substātie ⁊ Juppiter cū ipso vel ipsuz bono aspectu ⁊ forti ac fortunato loco aspexerit: natꝰ erit in dictamine fortunatꝰ ⁊ īde bonū hēbit ⁊ pecuniā multū lucrabit.¶Qñ mer. i.5. domo ac i facie sua exñs necnō de sub radijs solis apparēs ⁊ ab īfortunis cadēs fuerit: ⁊ dñs domꝰ sue euz cuz receptōe bono aspectu aspexerit natꝰ erit in dictamie ⁊ aduocatione fortunatꝰ ac multaꝝ pecuniarū congregator. ¶Qñ mercuriꝰ de sub radijs solis orietalis apparēs: necnō i domo vel exaltatione sua exñs.9. domū possederit ⁊ Juppiter ab īfortunis liber ipsuz bono aspectu maxime ex medio celi aspexerit: natꝰ erit Regis dictator ac i magnis secretis sapiēs: ⁊ fortunatꝰ pulchre ordinatōis fidelis famosus bone memorie ac i oibꝰ sufficiēs.¶Qñ primus dñs triplicitatis i natitate nocturna i fine sui signi: vz a.25.g̃. vsq̄ ad finē fuerit: atq̄ in aliquo angulorum: natus erit dictator fidelis ⁊ inde dominium ⁊ potestatē mādandi ⁊ prohibendi habebit.

¶De Dispēsatoribꝰ Regū: ac eoꝝ fortūa. Cap.134.

Quādo Juppit cū saturno i domo sua fuerit natus erit regū vel domoꝝ regiaꝝ aut virorū sublimiū dispēsator ⁊ inde lucrū ⁊ pecunias consequet. ¶Qñ saturnꝰ i.3. do. fuerit: ⁊ dignitatē ac fortitudinē i ea habuerit: natus erit regū dispēsator eiq̄ alij dispēsatores ꝯputū reddēt.¶Qñ saturnus natiuitate diurna exñte in domo sua ac in ascēdente fuerit: ⁊ Juppit euz ex medio celi aspexerit: natus erit regū aut virorū sublimiū dispēsator ⁊ inde multas diuitias cōgregabit.¶Qñ venus i domo Jouis fuerit ⁊ Juppiter euz in medio celi bono aspectu aspexerit: natus erit reginaꝝ aut dominaꝝ sublimiuz dispēsator.¶Qñ mercu. orietalis i domo vel exaltatione sua exñs.2. domū possederit: ⁊ venus ipsuz bono aspectu aspexerit: natꝰ erit alicuiꝰ dñi vel dñe potētis ac nobilis dispēsator.¶Qñ venus natiuitate nocturna exñte i exaltatōe sua exñs cū Joue.3. domū possederit: natus erit dominoꝝ sublimiū dispēsator.¶Qñ si lunā venus a.4. domo aspexerit: natus erit maior domus.

¶De Natis q parētibus suis erūt maiores. Cap.135.

Quādo saturnꝰ iouē ex domo sua.3. aspectu aspexerit: natus erit parētibus suis ac oibus d̄ domo sua maior.¶Qñ Juppit i domo sua fuerit ⁊ lunā i.3. aspectu ex medis celi aspexerit: natꝰ erit maior sua parētela ac oībus suis antecessoribus nobilior.¶Qñ Saturnus ⁊ sol cū ione i domo vel exaltatōe sua fuerit: ⁊ lunā ac venerē ex ascēdēte vl' medio celi bono aspectu aspexerint: natus altitudinē ⁊ dominiū ac magnā fortunā hēbit ⁊ notabilior sua parētela efficiet.¶Qñ sol i aliqua dignitatū suarū exñs i ascēdēte sine aspectu īfortune fuerit. Et fortuna ipm ex medio celi aspexerit: ⁊ natus dñiuz a rege habebit ⁊ ab eo diliget: eritq̄ diues atq̄ oī parētela sua nota ¶Quādo sol in medio celi fortunatus fuerit ⁊ īfortune ab eo cadentes: natus erin omni parentela sua notabilior.¶Qñ mer. in ascēdēte sine aspectu īfortune fortunatus fuerit ⁊ lūa cū bono aspectu aspexerit: natus bonū sēsuz ac scie ꝓfūditatē hēbit ⁊ ob hoc dominiū acqret ⁊ suis parētibꝰ notabilior efficiet.¶Qñ sol cū luna in angulis ac natiuitate diurna fortunati fuerit: natus erit suis parētibus notabilior.¶Qñ iuppit i aliq̃ dignitatū suarū for-

tunatꝰ fuerit: ⁊ venerē .4. aspectu aspexerit: natus erit sua
parētela notabilior. ¶ Qñ iuppiter i domo sua fortuna
tus ⁊ ab ifortunis liber fuerit ⁊ mercu. ex aliq̄ angulorū
aspeserit: natꝰ diues erit ac fortunatus et altioris statꝰ q̄
sua parētela. ¶ Capl'm i .2. Domo siue i .2. nati fortuna.

Quādo satur. in domo sua exñs .3. aspectu aspexerit
cū receptōe: ⁊ iuppiter saturnū bono aspectu ⁊ cū
receptiōe ex angulo siliter aspeserit: natꝰ erit diues mul
te pecunie ac bōe fame. ¶ Qñ venꝰ i tauro fuerit: ⁊ satur
nus i libra natiuitate diurna exñte: natꝰ erit diues lauda
tus multe pecunie ⁊ mulieres ac filios apparētes. ¶ Qñ
dñs ptis fortune fortunatꝰ ac i bono loco: vt in .9. vel .11.
do. fuerit ⁊ ptē fortune bono aspectu aspeserit: natus erit
dies ⁊ āple s'be ac deliciosus. ¶ Qñ ps fortune vl' eiꝰ dñs
i ascēdēte orietalis ac extra radios ⁊ sine ifortunaꝝ aspe
ctu fuerit: ⁊ iuppiter fortunatꝰ ex angulo terre ipaz aspe
xerit: natus erit diues ac multe pecunie: sꝫ eā abscōdet: ⁊
idē iudica vꝫ q̄ erit diues posito q̄ iuppiter eā nec dñm
eius aspexerit. ¶ Qñ dñs domꝰ s'be fortunatus i ascēdēte
fuerit: natꝰ erit diues ac bone vite. ¶ Qñ ps fortune solē
aspexerit aut cū eo de sub radijs apparēs sine aspectu for
tune fuerit: natꝰ erit diues ac i oibus opibꝰ suis laudatꝰ.
¶ Qñ venus i triplicitate iouis directa ⁊ extra solis ra
dios fuerit ac aliquē ex āgulis possederit: natꝰ erit aliq̄'r
diues. ¶ Qñ luna i triplicitate iouis sine ifortunaꝝ aspe
ctu fuerit: ⁊ iuppiter fortunatus exñs bonū locū i figura
possederit: natꝰ diuitias multas hēbit ac vndiqꝫ fortūatꝰ
erit. ¶ Qñ iuppiter directꝰ ac de sub radijs solis ⁊ ifortu
nis liber exñs i domo lune fuerit: natꝰ pecuniā i itinere
lucrabit: ⁊ semp erit diues. ¶ Qñ iuppiter directꝰ i aliq̄
angulorꝝ cū luna fuerit ⁊ ab ifortunis ⁊ ꝯbustiōe liber:
natus erit diues ac i āplitudie ⁊ bono statu viuet. ¶ Qñ
Iuppiter i aliq̄ dignitatū suaꝝ exñs in aliquo angulorū
fortunatus fuerit: natꝰ erit diues altus ⁊ famosus ⁊ magi
steriū eiꝰ pulchrū: viuetqꝫ vita laudabili. ¶ Qñ sol cū ve
nere ⁊ mercurio fuerit saturnꝰ ⁊ luna i medio celi ipsos
aspexerit: natꝰ erit diues ⁊ ñ remouebit lucrū ab eo erūt
qꝫ facta eiꝰ pulchra. ¶ Qñ iuppiter ⁊ venꝰ ab ifortunis li
beri simul fuerit: ⁊ luna eos bono aspectu aspexerit: natꝰ
erit diues ⁊ se cū regibus ⁊ viris sublimibus cōmiscebit.
¶ Qñ iuppiter i exaltatiōe sua ⁊ i ascēdēte fuerit: ⁊ satur
nus i capricorno exñs ipꝫ ex occidēte aspexerit: natꝰ pe
cuniā ⁊ s'bam hēbit. Qñ sol i exaltatiōe sua exñs lunā .3.
aspectu aspexerit ⁊ ambo ab ifortunis fuerit liberi: natꝰ
erit diues ac bonis semp abūdās nenō vitā ornatā dedu
cēs: p'serti si natiuitas diurna fuerit. ¶ Qñ sol i signo ma
sculino ⁊ ab ifortunis liber fuerit ⁊ fortune eū ex pprijs
domibꝰ bono aspectu aspexerint: natꝰ erit diues. ¶ Qñ
sol ⁊ venus cū luna i medio celi fuerit: ⁊ venꝰ directa ac
i bono Iouis aspectu: natus erit diues sani corpis ⁊ avi
ris sublimibꝰ honoratus. ¶ Qñ sol cū ioue fuerit ⁊ lunā
ex medio celi bono aspectu aspexerit: natꝰ erit diues am
ple pecūie: necnon magni dñij atqꝫ fame. ¶ Quando sol
⁊ mer. cum ioue in eius domo fuerit aut iouez in dnmo
vel exaltatione sua aspexerit ⁊ infortune ab ipsis cecide
rint: natus erit multe pecunie ac in ciuitate vbi moratur
honorē ⁊ vtilitatē hēbit. ¶ Qñ sol in aliq̄ dignitatū suaꝝ
exñs lunā ex ascēdēte vl'. 4. domo bono aspectu aspexe
rit: ⁊ ifortune ab ipso ceciderint: natꝰ erit famosus ac for
tunatus. ¶ Qñ ps pecunie ⁊ eiꝰ dñs ab ifortunis liberi i
bono ac forti loco fuerint ⁊ fortune eos aspexerit: natus
p totā vitā suā erit ample pecunie gaudēs ⁊ honoratus.
¶ Qñ dñs domus pecūie dño ascēdētis alligauerit natꝰ
sine labore pecuniā lucrabit: eiqꝫ ex loco quē non sperat
veniet. ¶ Et si dñs ascētis dño domus pecunie alligaue
rit: natꝰ pecuniā cū labore acqret. ¶ Et siqs. pl'a lumē iter
eos. ¶ Deferat: natus pecuniā s'm nām illiꝰ deferētis hē
bit. ¶ Qñ dñs ascēdētis a dño domus s'be sepatus fuerit:
natus s'bam nō acqret ⁊ magisteriū suuz dimittet. ¶ Et si
dñs domus pecunie a dño ascēdētis sepatus fuerit mul
tū laborabit vt pecuniā acqrat: sꝫ nihil aut paꝝ lucrabit.

¶ De Fortuna Nati Occasione Pecunie In terra vel
alibi reperte. Cap. 136.

Quādo saturnus in aliq̄ dignitatū suaꝝ exñs in .4
domo ac in bono iouis aspectu fortunatus fuerit: natus
magnā pecuniā sub t'ra abscōsaz iueniet: p'sertiꝫ si saturnꝰ
in motu suo fuerit tardus. ¶ Qñ iuppiter i angulo terre
exñs venus ipꝫ bono aspectu aspexerit: ⁊ ambo ab ifor
tunis liberi fuerint: natus magnū lucrū aut pecuniā sub
terratā iueniet. ¶ Qñ dñs .2. domꝰ i .4. domo fuerit ⁊ lu
men ac ordinationē p'fe i ascēdēte vel .4. domo existēte i
pulsauerit: nato secreta pecunie patebūt ac pecuniā sub
terratā iueniet. ¶ Qñ dñs ascēdētis in ascēdente fuerit. ⁊
iuppiter ex angulo terre eidē pulsauerit: natus pecuniaz
subterratā iueniet. ¶ Qñ venus dña .2. domus i angulo
terre fuerit: ⁊ sol ac luna i signis supvenerē eleuatis ipaz
aspexerit: natus extrahet: de terra argētū ac pecuniā sub
terratā inueniet. ¶ Qñ mercurius dñs .2. domus exñs i
angulo terre fortūatus fuerit: natꝰ suo sensu res graues
extrahet ⁊ secreta scientiarum intelliget ⁊ ei nō abscōde
tur aliquod qđ velit excogitare vel ordinare.

¶ De Fortuna Nati ex Heredibus Mortuorum proue
niente Cap. 137.

Quādo luna lumine cōpleta ac nūero aucta i .8. do
mo natiuitate nocturna exñte fuerit ⁊ iuppiter fortūatꝰ
ac in aliq̄ dignitatū suaꝝ exñs ex .11. domo ipsaz aspexe
rit: natus erit diues ac peccuniā mortuoruz hereditabit.
¶ Qñ dñs .8. domus fortūa exñs in .2. domo nō ꝯbustus
nec retrogradus fuerit: natus s'bam heredū hēbit suoꝝ.
¶ Qñ dñs .2. domus viꝫ suā dño octaue cū receptiōe ex
termino dederit ac in domo fortune fuerit: natꝰ s'bam he
redū hereditabit: ⁊ siliter iudica si ps fortune. in .8. domo
cū aliq̄ fortuna iūcta fuerit. ¶ Qñ dñs .8. domus cuz sole
nō ꝯbustus sꝫ fortūatus i medio celi vel .11. domo fuerit:
natus ex pte mortuoꝝ pecuniā hēbit: sꝫ eā cito amittet vl'
ꝯsumet. ¶ Qñ iuppiter nūero auctus aut in aliq̄ dignita
tū suaꝝ existēs octauā domū possederit: natꝰ bonū ⁊ for
tunā ex pte mortuoꝝ hēbit: p'sertiꝫ si iuppiter a ꝯiūctiōe
vel aspectu ifortunarū liber fuerit. ¶ Qñ dñs .8. domus
fortuna fuerit. ⁊ dñs domus s'be alligauerit: natꝰ aliqđ ex
mortuis hēbit. ¶ Qñ saturnus natiuitate diurna exñte i
8. domo fuerit ⁊ altq̄ ex fortunis bono aspectu aspexerit:
natus ex mortuis pecuniā ꝯsequet. ¶ Qñ dñs .8. domus
in aliq̄ dignitatū suaꝝ exñs in medio celi fortunatus fue
rit: natus fortunā bonā hēbit ⁊ pecuniā ex mortuis cōse
quet. ¶ Et si aliq̄ ex ifortunis bono aspectu aspexerit p'r
eiꝰ morietur ⁊ paternas hereditates hēbit atqꝫ dignitates:
eritqꝫ bonus heres loco p'ris. ¶ Qñ ps possessiōis i .8. do
mo fuerit ⁊ fortitudo eius maior dñs .2. domus: natꝰ pe
cuniā ⁊ h'rditatis hēbit. Qñ dñs ptis fortune in .8. domo
fuerit et dominus ascendentis ipsum aspectu aspexerit:
natus ex rebus mortuorum viuet.

¶ De Fortuna Nati ex Agris ⁊ Hortis. Cap. 138.

Quādo venus i aliq̄ dignitatū suarū exñs i angulo
terre fuerit ⁊ ab ifortūis libera: natꝰ m'tos agros
hēbit. ¶ Qñ saturnus i bono loco ac i domo vel exalta
tiōe sua fuerit: ⁊ ascēdēs trino aspectu aspexerit: natus ex
terris hortis vl' agris erit diues. ¶ Qñ saturnus vt dcm̄
ē: fuerit ac i ascēdēte eis alligās vel ipm ex loco forti aspi
ciēs: natus fortunā ex agris ⁊ vineis hēbit. ¶ Qñ satur
nus directus ac in exaltatiōe sua exñs i medio celi fuerit
natus erit dñs agrorū terraꝝ vinearū ac populatiōes ⁊
edificatiōes diliget ac i eis erit fortunatus. ¶ Qñ aliq̄ ex
stellis bei benijs .2. magnitudis necnō de nā martis ⁊ ve
neris in ascendēte vel medio celi cū sole aut luna fuerit:
Natus erit Diues ac in terris vel agris fortunatus Do
mosqꝫ ⁊ Palatia Edificabit ¶ Et si aliq̄ ex stellis beibe
mijs p'me magnitudinis ⁊ de nā iouis ⁊ saturni sic se ha
buerit: natus erit diues ac pecuniosus necnō in h'rditati
bus terris ac vineis abundās ⁊ ide famā ac dñz ꝯsequet
¶ Qñ lūa a sole sepata i domo solis fuerit ⁊ saturno for
tunato alligauerit: natus lucrū ex terris hēbit: ⁊ domos
edificabit. ¶ Qñ satur. i āgulo occidētis ac i domo iouis
fuerit ⁊ iuppiter in angulo terre ac piscis exñs eiꝰ alliga

uerit: Natus multas terras possidebit in hac i edificatõe populatõe ⁊ siliibus fortunabiť. ¶Qñ saturnus i angulo occidẽtali infortũatus fuerit: locus vbi natus ẽ destrueť .i. ad ruinã ibit. ¶Et si mars occidẽte ifortunatus fuerit ⁊ lunã .4. aspectu aspexerit erit destructio dicti loci per ignem. Et si sol mars ⁊ caput zenzahar fuerint ⁊ infortuna eos aspexerit domus nati destruetur.

¶De Fortuna Nati ex Seruis ⁊ Famulis. Cap. 139.

Quãdo mer. in aliq̃ dignitatũ suaꝝ ac i bono signo loco necnõ ab ifortunis liber fuerit ⁊ fortune ipz bono aspectu aspexerint: natus fortunã ⁊ lucrũ ex seruis ꝯsequeť. ¶Qñ ps seruorũ ab ifortunis libera in medio celi sup ascẽdẽs eleuata fuerit: ⁊ fortũe eã aspexerit: nat⁹ seruos multos hẽbit ⁊ lucrũ ac fortunã ab eis suscipiet. ¶Qñ dñs .6. domus in aliquo anguloꝝ fortũatus ac venus ex fortunis exñs fuerit: nat⁹ fortunã atq̃ lucrũ ex seruis hẽbit. ¶Qñ saturnus i aliq̃ dignitatũ suaꝝ ac in bono loco figure fuerit ⁊ fortune ipm bono aspectu aspexerint ac dñs ascendẽtis allegauerit ei: natus suos ⁊ ancillas hẽbit. ¶Qñ iuppiter i .6. domo ac in aliq̃ dignitatuz suaꝝ ⁊ dñs .3. domus cũ mercurio i aliquo anguloꝝ nec nõ ab ifortunis libere fuerint natus suos hẽbit ⁊ cũ eis pficiet. ¶Qñ mercu. in .12. domo fuerit ⁊ fortũe eũ aspexerint: natus vẽdet suos ⁊ ex illa emptiõe hoies lucrum ꝯsequẽtur: ¶Qñ venus i aliq̃ dignitatũ suarũ existẽs in medio celi fuerit ⁊ luna ex domo suorũ ipam aspexerit: natus suos hẽbit ⁊ cũ eis pficiet. ¶Qñ dñs .6. domus i 7. domo vel sub terra ifortunatus fuerit serui nati moriẽtur. ¶Silr qñ cauda draconis i .6. domo fuerit: natus seruos amittet. ¶Qñ saturnus in .2 6. vel. 12. do. fuerit ifortunatus. natus tristitiã ex suis hẽbit. ¶Qñ saturnus i .6. domo natiuitate nocturna exñte infortunatus fuerit: natus occasione suoꝝ dãnuz incurret. ¶Qñ mer. i aliq̃ dignitatũ suaꝝ exñs in ascẽdẽte vel medio celi ac in signo cõi infortunatus fuerit: natus suiẽtes ꝯducet. ¶Qñ dñs domus filioꝝ in .6. domo fuerit: natus filios pprios: vt serui fiãt vẽdet vel ad seruiẽdũ alijs exponet. ¶Qñ dñs .6. domus in .5. domo fuerit: Natus pmittet vt sui sui alios seruos generẽt. ¶Qñ dñs domus filioꝝ in .6. domo fuerit: ⁊ dño ascẽdẽtis alligauerit: nat⁹ filios suos vẽdet aut locabit. ¶Qñ dñs dom⁹ suoꝝ i .10. domo vl' i .10. domo a domino ascẽdentis fuerit: natus seruos suos eleuabit.

¶De Fortuna nati ex Bestijs. Cap. 140.

Quãdo saturnus natiuitate diurna existẽte i triplicitate sua fortunatus fuerint: pꝛertiz in signo q̃drupedũ: nat⁹ emet bestias ⁊ ex eis lucrũ hẽbit. ¶Qñ saturnus in angulo occidẽtali ac signũ q̃drupede directus ac a radijs solis saluus existẽs in aliq̃ dignitatũ suaꝝ fuerit ⁊ iuppiter ipm bono aspectu aspexerit: natus fortunã ex bestijs ꝯsequeť. ¶Et idẽ iudica si saturnus i signo bestie fuerit: ⁊ iuppiť ex signo bestie ipz aspexerit. ¶Qñ mars natiuitate nocturna exñte in .4. domo ac in signo q̃drupede ⁊ maxie i signo igneo fuerit ⁊ sol ac iuppiter i .10. vel. 11. domo fortunati existẽtes martẽ aspexerit: nat⁹ erit bestiaꝝ q̃drupedũ dñs ac ex eis fortunatus. ¶Qñ mars in aliq̃ dignitatũ suaꝝ ac in signo q̃drupede fortunatus fuerit: ⁊ dñs illius signa a ioue receptus ei pulsauerit: natus multas bestias emet. ¶Qñ dñs .12 domus i signo q̃drupede exñs ioui aut veneri iũctus fuerit: natus ex bestijs erit fortũatus ac pficuũ idẽ hẽbit. ¶Qñ sagitarius ascẽdẽs fuerit: ⁊ iuppiter marti iũctus aut ipz ex signo q̃drupede fuerit: ⁊ iouẽ in cãcro existẽtẽ aspexerit: natus ex bestijs pficiet. ¶Qñ duodẽaria .7. plarũ maxime solis: lune ac dñi ascẽdẽtis ex signo q̃drupede ceciderit: natus erit bestiaꝝ eqtator. ¶Qñ sol ⁊ luna ascendẽs ps fortune: dñs ꝯiũctiõe vel pũentiõis natiuitatis i signo q̃drupede fuerit: natus bestias emet. ¶Qñ mars dñs ascẽdentis ꝯiũctiõis vel pũetionis natiuitatis fuerit: necnon in bono figure loco ac in aliq̃ dignitatũ suaꝝ ⁊ fortũe ex loco forti bono aspectu ipm aspeserint: natus bestias ad eqtandũ emet. ¶Qñ mars in loco dubitabili ab ascẽdẽte ac in signo igneo fuerit ⁊ iuppiter bono aspectu aspexerit: natus magnas bestias emet. ¶Et si capꝛicorno fuerit: natus diuersas bestias: vt sũt eq cameli oues ⁊ boues hẽbit. ¶Qñ signũ .12. domus aqueũ fuerit: ⁊ saturn⁹ peregrinus in eo: Natus bestias dimittet: q2 morientur ei.

¶De Fortuna Nati ex Mercatura. Cap. 141.

Quãdo iuppiter in aliq̃ dignitatũ suaꝝ exñs domũ 10. possederit: ⁊ mars ipz bono aspectu aspexerit: natus erit magnus mercimonioꝝ mercator. ¶Qñ mer. directus ⁊ fortunatus in domo veneris ⁊ venus ipz ex. 10. domo bono aspectu aspexerit: nat⁹ erit magnus mercator. ¶Qñ mer. in bono loco fortunatus fuerit: natus sbam suã ex mercatura: scriptura vl' cõputatõe lucrabiť. ¶Qñ venus in ascẽdẽte vel in signo cõi maxime in sua exaltatiõe exñs ⁊ ab infortunis retrogdatõe ⁊ cõbustiõe libera: natus erit mercator bone memorie necnõ pecunias multis modis acqrens ⁊ in mercaturis fortunatus. ¶Qñ mer. natiuitate nocturna exñte in .2. do. ac in aliq̃ dignitatũ suaꝝ oriẽtalis ⁊ a radijs sol liber fuerit: natus ex aliena pecunia mercabiť ⁊ multa lucrabiť hẽbitq̃ in hoc fortunã. ¶Qñ mer. natiuitate diurna exñte i .6. do. fortunatus ac in bono iouis aspectu fuerit ⁊ ifortune ab ipso cecidirint: natus erit in vẽditiõe ⁊ ẽptiõe fortũatus ¶Qñ iuppiter in medio celi fortũatus fuerit ⁊ mer. oriẽtalis ⁊ ab infortũis liber domũ cũ aliq̃ ex fortũis possederit: natus erit mercator fortũat⁹ ac mľte pecũie. ¶Qñ mer. in domo lune directus ⁊ a radijs solis liber fuerit: ⁊ dñs .2. do. ac luna in v̾gine ipi bono aspectu aspexerit: natus erit in mercaturis fortunatus. ¶Qñ mer. dñs .10. do. ac directus exñs i .do. satur. fuerit ⁊ saturnus directus ⁊ a ꝯfusione saluus ipm ex libra aspexerit: natus erit in mercaturis sapiẽs. ¶Qñ luna nũero ac luie aucta ⁊ ab ifortunis libera fuerit ⁊ mer. in bono aspectu iouis exñs ipm ex .10. do. bono aspectu aspexerit natus in mercaturis gaudebit ⁊ fortunã ex eis hẽbit. ¶Qñ mer. in do. 10 uis directus fuerit ⁊ iuppiter ẽt directus ex piscibus euz aspeserit natus erit fortis mercator ⁊ fortunatus. ¶Qñ iuppiter dñs .10. do. existẽs in aliq̃ dignitatũ suaꝝ fuerit ⁊ mars fortunatus ipm trio aspectu aspexerit: natus erit a medio vite vsq̃ ad finẽ in mercaturis fortunatus.

¶De Mediocri Nati Fortuna. Cap. 142.

Quãdo ps fortune ifortunata fuerit ⁊ fortuna oriẽtalis atq̃ fortis existẽs ipsaz bono aspectu aspexerit ⁊ ex forti: natus erit mediocriter fortunatus ⁊ sz q lucratus fuerit expẽdet. ¶Qñ dñs triplicitatis luminariũ in postremo gradu signi q est terminus infortunaꝝ existens in aliquo anguloꝝ vel succedẽtiũ fuerit: natus erit boni status atq̃ vite ⁊ modico cõtẽtus ita q nihil alicui petet. ¶Qñ ifortune ptẽ: fortũe aspexerit: ⁊ dñs ptis fortũe fortis ac fortũat⁹ exñs i bono loco fuerit vita nati erit mediocris: ita q natus nõ multũ eleuabiť nec ẽt depmetur. ¶Qñ tres significatores vz dñs ascẽdẽtis dñs medij celi ⁊ dñs .11. domus fortunati fuerint: aut vnus eoꝝ fortunat⁹ ⁊ alter ifortũat⁹ nat⁹ erit mediocriter fortũat⁹ ita q ipe nõ erit diues nec ẽt paup. ¶Qñ dñs ptis fortune infortunatus ac i malo loco fuerit ⁊ fortune orientales atq̃ fortes ac in aliqbus dignitatũ suaꝝ existẽtes lunã ⁊ ptẽ fortune aspexerint vita nati erit mediocris ⁊ ei sufficiet. ¶Qñ in fortune ptẽ fortune aspexerint ⁊ fortũe ab ea ceciderint ⁊ dñs domus sbe. fortunatus fuerit ⁊ dñs ascẽdẽtis in .2. domo fortunatus fuerit: nõ erit diues nec paup. ¶Qñ plẽ diurni in natiuitate diurna ⁊ nocturni in nati. noctur. se bono aspectu aspexerit ⁊ vnus fortũatus fuerit ⁊ alter ifortũatus: nat⁹ erit qñq̃ diues ⁊ qñq̃ paup. ¶Qñ ps fortune i termino fortũe ac i bono loco fuerit ⁊ fortuna ⁊ silr pla in .6. do. pegrinus ac retrogradus exñs ipaz aspexerit: natus erit iter pauptatẽ ⁊ ditias mediocris. ¶Qñ dñs ascẽdẽtis fortũa exñs ⁊ a retrogdatõe ⁊ a cõbustiõe saluus: necnõ i .2. do. ⁊ i aliq̃ dignitatũ suaꝝ fuerint: nato nõ ꝺficiet: sbaz tñ cũ labore acgret.

¶De Miseria ⁊ Labore Nati. Cap. 143.

Quãdo dñs .2. domus retrogradus vl' cõbustus vel peregrinus fuerit ⁊ ifortune ipm malo aspectu ⁊

ex malo loco aspexerint: natus erit in labore ⁊ i miseria:
necnõ in tristitia ⁊ pauptate viuens ⁊ spes eius semp pp
aliq̃ cãm destruef. ¶Qñ ps ⁊ fortune. 4. vel opposito ifor
tunaꝝ aspectu exñs ⁊ dñs eius ifortunatus: necnõ iuppi
ter ac Uenus i malis locis peregrini: natus erit laborio
sus ac i miseria positus. ¶Qñ. 2. domus ab ifortunis ipe
dita fuerit ⁊ Jup. in malo loco ifortunatus: natus sp erit
paup. ¶Qñ dñs ascẽdẽtis dño. 2. domus viz suã dederit:
aut ei alligauerit gubernatio ⁊ nati sba cũ magno labo&
veniet. ¶Qñ dñs. 2. domus ifortunatus ac ifortuna fue
rit maxime Saturno dño dicte domus exñte: ⁊ dñs ascẽ
dẽtis petẽs eius alligationẽ nec sit iter eos receptio aut
redditus lumis: natus erit tãte mi&e q plus mortẽ q̃ vi
tã desiderabit. ¶Qñ dñs triplicitatis lune in bono loco
fuerit ⁊ dñs triplicitatis solis in malo loco ac i ei⁹ detri
mẽto vel dscẽsu ⁊ ifortune ipm malo aspectu aspexerint:
natus erit laboriosus ac i pauptate viuẽs. ¶Qñ ps pos
sessionis in. 2. do. fuerit ⁊ dñs. 2. domus fortitudinẽ ⁊ viz
in signe habuerit: ⁊ ãbo ifortune aspectu malo pte posses
sionis aspexerint: natus erit laboriosus vitãq; suã i labo
re ⁊ miseria ducet. ¶Qñ dñs. 2. domus ifortunatus ac in
malo loco exñs ⁊ in. 2. do. ifortunata pegrina fuerit ⁊ sol
feralis exñs dictã fortunã malo aspectu aspexerit. natus
erit laboriosus ac i vita sua mi&. ¶Qñ Satur. agrestis re
trogdus i ascẽ. sine aspectu fortue fuerit ⁊ fortũe caden
tes ab angulis: natus erit miser ⁊ in paupertate viuens.

¶De Natis ad Seruitutẽ redigendis. Cap. 144.

Quãdo Satur. in do. vel exaltatõe sua: necnõ i aliq̃
angulo ꝝ sub radijs solis fuerit: natus faciet aliqd
pp qd in &uitutẽ redigef. ¶Qñ luna i aliquo angulo ꝝ vl'
succedẽtiũ pcipue in. 2. do. vel exaltatiõe sua cũ aliq̃ ifor
tuna iũcta fuerit: nat⁹ crimie vel macula deueniet: aut for
saz capief ⁊ seruus efficief. ¶Sed si Jup. ⁊ Ue. Lunam
aspexerint: natus ex illo crie periculo vel &uitute euadet
¶Qñ Satur. cũ sole eclipsato in angulo terre fuerit: na
tus in pueritia sua capief ⁊ &uus efficief. ¶Qñ ps &uoꝝ
in angulo terre ifortũata ascẽdẽs aspexerit ⁊ nõ dñz ei⁹:
natus faciet aliqd pp qd &uus fiet. ¶Qñ luna in. 3. do. na
tiui. diurna existẽte fuerit: nat⁹ erit &uus: actus &ui faciet
¶Maxime si ifortuna iũcta fuerit: aut ipsaz aspexerit: nã
tũc: natus; vt victũ suũ hẽat: alijs seruiet: ¶Qñ dñs ascẽ.
in. 12. do. ac in aspectu fortune maxie saturni fuerit: natus
erit de sua terra trãsportatus ⁊ seruus efficief. ¶Qñ lu.
in. 6. vel. 12. do. peregrina fuerit ⁊ dñs triplicitatis signi i
quo ẽ ifortunatus ac i malo loco: natus erit &uus. ¶Sz
si in aliquo anguloꝝ vel succedẽtiũ cũ ifortuna fuerit ⁊ i
fortuna ipsaz aspexerit: natus ẽt &uus efficief. ¶Quãdo
Mars in aliquo angulorũ ifortũatus exñs ac in sig post
solẽ fuerit ⁊ lunã de sig in q̃ nullã habeat dignitatẽ aspe
xerit: natus seruus fiet. ¶Qñ Satur. in natiui. noctur. eo
mõ sicut d marte diximᵘ: se habuerit: mr natũ i vijs expo
net ⁊ &uus efficief. ¶Qñ Jup. ⁊ Uenus i. 12. do. ifortũati
fuerit ⁊ satur. ⁊ mars retrogdi exñtes eos malo aspectu
aspexerint: vita nati in &uitute ⁊ miseria ⁊ mi&ia vsabif.

¶De Natis Jncarcerandis. Cap. 145.

Quãdo mars i ascẽ. infortunatus fuerit ⁊ Lunã ma
lo aspectu aspexerit: natus icarcerabif. ¶Qñ lũa
⁊ Jup. ifortunati exñtes simul iũcti fuerint: ⁊ luna ex ma
lo loco marti alligauerit ⁊ mars dñs. 12. do. in. 6. do. pe
regrinus ac retrogradus fuerit: natus mala grauia ⁊ car
cerẽ patief. ¶Qñ Satur. Mars Luna in. 4. do. ferales
fuerint: aut ferales exñtis vnus aliũ malo aspectu aspexe
rit: nato continget timor aut tristitia ex plagis ⁊ carcere.
¶Qñ Jup. Satur. Mars ⁊ Luna in vno sig ac in. 12. do.
infortunati fuerit: natus mala grauia: necnõ carceras et
dãna incurret. ¶Qñ Luna in nati. diur. exñte i do. mar
tis sine aspectu fortune ifortuna fuerit: ⁊ satur. dñs. 12. do
mus ⁊ ꝯbustus exñs Lunã malo aspectu aspexerit: natus
mala grauia hẽbit ⁊ icarcerẽ longo tpe manebit. ¶Qñ
mars ⁊ mercurius ifortunati existẽtes in Occi. vel ãgu
lo terre fuerint ⁊ mars dñs. 12. do. extiterit ⁊ Jup. cũ eis i
eodẽ loco ac in suo termio natus idigẽtiã miseriã ⁊ car
ceres substinebit: sz postea euadet: ⁊ fortunã bonã hẽbit
¶Qñ principãs nati sub radijs sol fuerit sole in ariete
vel leone nõ existẽte. Sed in. 10. do. reges nato nocebũt.
⁊ ꝯfringẽt pedes eius in cõpedibus ⁊ si aliq̃ ex ifortũis
eũ aspexerit: reges natũ interficiẽt. ¶Qñ ascen. aut mer.
ifortunat⁹ viz suã Saturno in. 4. do. exñte dederit: natus
in carcere ⁊ captiuitate multis ãnis morabif. ¶Qñ dñs
9. domus in aliquo anguloꝝ ꝯbustus fuerit: natus i itie
re capief. ⁊ captiuitatẽ in carcerẽ ingredief. ¶Qñ &nci
pans nati in. 6. vel. 12. do. fuerit: nat⁹ ab inimicis suis ca
pief. ¶Qñ Uenus dña. 6. domus exñs in. 12. do. fuerit: ⁊
cũ marte retrogrado iũcta fuerit: nato mala eueniẽt: ⁊ oc
casione mulieꝝ incarcerabif. ¶Qñ Saturnus Mars
⁊ Mercuius in occidẽte cõbusti fuerint: ⁊ dñs. 12. do. in
fortunatus existẽs malo aspectu eos aspexerit: nat⁹ mala
ac tristitiã occasione vxoris ac filioꝝ incurret. ⁊ pp eos i
carcerabif. ¶Qñ lũa luie ac nũero dimiuta i. 8. do. fue
rit ⁊ dñs. 12. do. pegrin⁹ feralis ⁊ ifortũa exñs ipaz malo
aspectu aspexerit: nat⁹ dolo&s pcussões ⁊ vlnera icurret.

¶De Natis Mendicis. Cap. 146.

Quãdo infortune in angulis ifortũate fuerit ⁊ for
tune ab eis recedẽtes ⁊ occidẽtales: natus erit mẽ
dicus. ¶Et sifr iudica si ps fortune ⁊ luna infortũate fue
rint. ¶Qñ Satur. ⁊ Mars cũ lũa i medio celi retrogra
di fuerint ⁊ fortuna eos nõ aspexerit natus erit inops ⁊
mẽdicus. ¶Qñ Mars infortũatus existẽs lunã sine ali
cui⁹ bono aspectu. 4. vel opposito aspectu aspexerit: na
tus erit paup ⁊ fortuna eius cum labore ⁊ miseria. ¶Qñ
ascẽdẽs sol lũa ⁊ ps fortuue a dñis domorũ suaruz bono
aspectu aspecti nõ fuerint: natus in pauptate ⁊ erũna vi
uet. ¶Qñ dñs anguli occidẽtalis ⁊ dñs. 2. dom⁹ ac dñs
anguli terre solẽ in natiui. diurna nõ aspexerint vl' lunã
in natiui. nocturna sed ab angulis cadẽtes et infortũati
fuerint: natus erit paup atq; miser. ¶Qñ ps fortune i lo
co ifortunato ac in. 4. vel opposito ifortũe aspectu aspe
xerit: ⁊ dñs dicte ptis nec fortune ispam aspexerit: nec ẽt
dictus dñs solẽ aspexerit: natus erit mẽdicus. ¶Qñ sol
in natiuitate diurna ifortunat⁹ existẽs: necnõ ab ãgulis
cadẽs ⁊ dñs. 2. domus ꝯbustus fuerit: natus erit pauper ⁊
inops. ¶Qñ Mars in. 2. do. ifortunatus: necnõ retrog
dus ac sine fortunaꝝ aspectu fuerit: ⁊ fortune cadentes ⁊
agrestes cũ dño. 2. domus extiterint: natus erit semp idi
gens. ¶Qñ Satur. peregrinus cũ luna i aliquo angulo
ruz fuerit: ⁊ mars eos malo aspectu aspexerit: natus erit
indigẽs ac turpi vita viuẽs. ¶Qñ dñs ꝯiunctiõis vel p
uentiõis natiuitatis infortuna ⁊ ifortunatus fuerit: rec
nõ ab angulo cadẽs: maxime in. 6. do. natus erit pauper.
¶Qñ ps fortune in. 12. do. exñs ⁊ luna eã nec infortune
aspexerint ⁊ ifortune in angolis vel succedẽtibus infor
tunate fuerint: natus erit paup ⁊ indigẽs. ¶Qñ luna cũ
infortuna peregrina ac i malo ifortune aspectu fuerit: et
fortune cadẽtes: natus erit paup. ¶Qñ hyleg cadẽs fue
rit ⁊ ifortũe ipm firmauerit casũ ⁊ idigentiã signt. ¶Qñ
dñi anguloꝝ ac succedẽtiũ cadẽtes fuerint: natus erit idi
gens. ¶Qñ Luna a fortuna sepata saturno i malo loco
existẽti alligauerit: ⁊ dñs. 2. domus ifortunatus ac in eoꝝ
aspectu fuerit ⁊ fortũe cadẽtes natus erit paup ⁊ laborio
sus: ¶Qñ luna lumine ac numero diminuta: necnõ pe
regrina existẽs a marte sepata fuerit: ⁊ Saturno p ꝯiun
ctiõez i malo loco applicuerit: natus erit indigẽs. ¶Qñ
aliq̃ ex infortunis in domo sbe pegrina fuerit: ⁊ dñs do
mus sbe in malo loco ipeditus ac ifortunatus exñs ifor
tunis firmauerit. ⁊ fortune ab ipso ceciderint: natus erit
mendic⁹. ¶Qñ ps pecunie ⁊ eius dñs cadẽtes ⁊ occidẽ
tales aut ifortunati fuerint ⁊ ifortune ferales atq; caden
tes: natus erit laboriosus miser: ⁊ iops. ¶Qn dñs termi
ni solis ⁊ lune cadentes ⁊ cõbusti ⁊ sine aspectu fortune
fuerint ⁊ fortũe ⁊ dominus domus substãtie in malis lo
cis ifortũatus natus pauptatẽ indigẽtiã ⁊ erũnã patief.

¶De natis q ex pauptate ad diuitias eleuanf. Ca. 147.

Quãdo due ifortune i angulis fuerint ⁊ fortune in
succedẽtibus fortunate: natus i principio vite sue

erit miser: In fine vo diues. ¶Qñ vnus dñoꝝ. 4. tripli-
citatū i do. alteri⁹ fuerit directus ⁊ a cōbustiōe saluꝰ: nat⁹
in fine vite de malo ad bonū eleuabiṫ. ¶Qñ ps fortune
⁊ ei⁹ dñs in bōis locis ifortūati fuerit ⁊ alij pl'e ex malis
locis eos aspexerit: nat⁹ i ꝑncipio vite sue erit idigēs: in
fine vo fortūat⁹. ¶Et scias ꝙ ps fortūe initiū vite ⁊ ei⁹
dñs finē. ¶Qñ signū ꝯiunctiōis vl' ꝑuētiōis natiuitatis
infortūatū fuerit: ⁊ dñs i bono loco fortūat⁹ aspectu: nat⁹
in ꝑncipio vite laborē hēbit: ⁊ i fine ñ diuitias. ¶Et idē
iudica qñ signū i q̄ erat lūa: post tres dies a natiuitate i-
fortūatū fuerit: ⁊ dñs ei⁹ fortūat⁹ atqꝫ fortis. ¶Qñ loc⁹ cō-
iunctōis vl' ꝑuētiōis natiuitatis ifortūat⁹ fuerit: ⁊ dñs ei⁹
in bono loco ac fortūe ipꝫ aspexerint: nat⁹ p⁹ inopiā ⁊ la-
borē ad fortunā ⁊ diuitias eleuabiṫ. ¶Qñ Jup. in ascē.
10. vel. 11. do. exñs nec retrogradus nec sb radijs sol' fue-
rit: nat⁹ ante medietatē dieꝝ suoꝝ fortunā hēbit. ¶Et si
in angul' vl' cadētib⁹ fuerit erit p⁹ medietatē dieꝝ suoꝝ
fortūat⁹. ¶Et si orietal' a sole. i. in ꝑma ei⁹ statione fuerit
aut p⁹ oppositionē sol' i. 2. statiōe: hēbit honorē ⁊ diuitias
ante medietatē annoꝝ suoꝝ. ¶Quātitatē vo diuitiarum
scies ꝓm Jouis fortitudinē ⁊ erit hoc forti⁹ si Jup. fuerit
ꝑncipās nati. aut dñs hore vl' dñs loci solis i natiuitate
diurna seu loci lune i natiuitate nocturna. Qꝫ si sup loca
ꝑdicta Jup. ꝑncipās ñ fuerit: nat⁹ paucas hēbit diuitias.
¶Qñ lūa ifortūata fuerit ⁊ inṫ ipaꝫ ⁊ solē i oriēte. 15. g̃. 1.
in ꝑncipio sue ocultatiōis. ⁊ dñs ei⁹ fortūat⁹ ac i loco for-
ti: nat⁹ ex ifortūa ad fortunā eleuabiṫ. ¶Qñ Jup. i angu-
lo terre infortūat⁹ exñs in aliq̄ dignitatū suaꝝ fuerit ⁊ in
ascē. infortūa pegria ac i aspe. fortūe: natus ex ifortūa ad
fortunā eleuabiṫ. ¶Qñ Satur. i suo termio exñs ⁊ Ve-
nus i sua do. lunā bono aspectu aspexerit: nat⁹ occasione
mulieꝝ ex ifortūa ad fortunā eleuabiṫ. ¶Qñ ꝑm⁹ tripli-
citatis sol' dñs i nati. diur. ⁊ lūe i noctur. i bōis locis ifor-
tunatus fuerit: ⁊ fortūe ipsum bono aspectu cū receptiōe
aspexerint: natus ex indigentia ad fortunam eleuabitur.
¶De natis. qui ex diuitijs ad paupertatem deueniunt.
Capitulum. 148.

Quādo triplicitatꝫ sol' dñi i nati. diur. ⁊ lue i noctur-
na i bōis locis fuerit: ⁊ ifortūe eos sine receptiōe
infortūauerit: nat⁹ ex diuitijs ad pauptatē deueniet. Qñ
dñs ascē. infortūa fuerit, ac i. 2. do. ⁊ i aliq̄ dignitatū suaꝝ
⁊ fortūe cū receptiōe ipꝫ bono aspectu nō aspexerit: nat⁹
ꝓpria volūtate sbaꝫ dissipabit. ¶Et si dicta fortūa i aliq̄
dignitatū suaꝝ nō fuerit sba nati oculte furabiṫ aut spo-
liatores eni occurētes ipaꝫ māifeste subripiēt. ¶Qñ ābe
infortūe sine fortūaꝝ aspectu i. 2. do. fuerit nat⁹ ex diuitijs
ad idigētiā descēdet. ¶Qñ lūa in aliq̄ anguloꝝ saturno
iuncta fuerit: nat⁹ ad idigētiā veniet. ¶Et si nat⁹ rex aut
ꝑnceps fuerit: nō pficieṫ ei⁹ mādatū ⁊ gētes sue ipꝫ ꝑdēt.
¶Qñ ps fortūe ⁊ ei⁹ dñs cadēs a sole fuerit: nat⁹ p⁹ fortu-
nā infortūabiṫ. ¶Qñ ps fortūe ⁊ ei⁹ dñs in bonis locis
fortes ac ifortūati fuerit: ⁊ ifortūe eos ifortūauerint: nat⁹
ex diuitijs ad ifortuniū descēdet. ¶Qñ dñs ꝯiūctiōis vl'
ꝑuētiōis natiuitatis ⁊ dñs dom⁹ sue i mal' locis ac i digni-
tatib⁹ suis fuerit ꝑncipiū vite erit meli⁹ q̄ꝫ finis. ¶Qñ in
2. do. ifortūa fuerit ac dñs. 2. dom⁹ malo aspectu aspexerit
vl' i malo loco cū eo iūcta fuerit: nato dānū casum ⁊ ifor-
tunas ꝓꝫ q̄litatē illi⁹ signi portēdit: nā si illud signū de nā
Saturni fuerit dānū ei⁹ occasiōe ꝓuoꝝ ac miseroꝝ pueī-
et. ¶Si de nā Jouis occasiōe magnoꝝ viroꝝ vel eccl'ia-
sticoꝝ. ¶Si de nā Martis occasiōe militū latronuꝫ vel
belloꝝ. Si de nā sol' ꝑentū auoꝝ aut hēditatū occasione.
¶Si de nā Veneris occasiōe mulieꝝ nobiliū. ¶Si de
nā mercurij occasiōe sapientū vl' scribaꝝ aut mercature.
¶Si de nā lūe occasiōe mulieꝝ ifirmaꝝ nūcioꝝ vl' cur-
soꝝ. ¶Qñ iueneris vnā ex ifortūis i medio celi sine di-
gnitate ⁊ aliā i fine signi in q̄ nullā hēat dignitatē vl' for-
titudinē ⁊ cū hoc sit i malo loco: ac dñs dom⁹ sbe ꝯbust⁹
fuerit: ⁊ si Juppiṫ atqꝫ Vēus i malo loco ifortūato malū
nato necnō reꝝ amissionē suaꝝ ⁊ fortune remotionē iu-
dicare nō dubitabis: nisi Deus eum preseuerauerit.
¶Capitulum in. 3. domo: seu in Re Fratrum.

Sapiētes antiq rē fratꝝ ex multis locis aspiciūt. vꝫ
ex. 3. domo ⁊ ei⁹ dño: ac ex dñis triplicitatis ei⁹: ex
pte fratrū ⁊ ei⁹ dño: ex pte fortūe ⁊ ei⁹ dño necnō ex Sa-
turno Joue Marte Sole Venere Mercurio Luna: Et
pl'a in. 3. domo exñte. Nā p tertiā domū ⁊ ei⁹ dñꝫ sciemus
vtꝝ nat⁹ plures frēs hēbit vl' vtꝝ sol⁹ erit ps fortūe ex ei⁹
dñs fortunā fratꝝ ⁊ eoꝝ ifortuniū eleuationē ⁊ depssio-
nē idicat. ¶Sol ⁊ Saturn⁹ frēs magnos sig̃t: Juppiṫ ⁊
Mars medios mercu. puos: lūa sorores magnas: ⁊ Ve-
nus puas. ¶Qñ volueris scire vtꝝ nat⁹ sit ꝑm⁹ gēit⁹ vel
nō. ¶Qñ dñs triplicitatis ascēdētis i ascēdēte fuerit: na-
tus fuit ꝑmo gēit⁹. ¶Et si in medio celi fuerit erit ꝑmus
aut q̄rt⁹. ¶Et si i. 6. fuerit erit ꝑm⁹ aut septim⁹. ¶Silr' si
inṫ ascēdēs ⁊ mediū celi aliquē ex plāetis iueneris: nat⁹
erit ꝑmus. ¶Qñ dñs triplicitatis ascēdētis i natiuitate
diurna i ascendē. fuerit nat⁹ erit ꝑm⁹ q de fratrib⁹ sanabiṫ
eo ꝙ hi q ante fuerit morieṫ. ¶Qñ Sol i ascēdē. fuerit:
nat⁹ erit ꝑm⁹ ⁊ diminutionē ac paucitatē fratruꝫ videbit.
¶Qñ dñs dom⁹ fratꝝ i ascēdē. fuerit: nat⁹ erit sol⁹ siñ fra-
trib⁹. ¶Et si in sig̃ multoꝝ filioꝝ fuerit ⁊ fortūa eū aspe-
xerit: nat⁹ multos frēs ac sorores hēbit. ¶Qñ caput zēza-
